

D

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION  
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

L  
**START**


ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part  
of this film may be reproduced without written permission  
from St. Louis University.

KP 22807

TE

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA



VAT. LAT. 4587

IMODAIS II A 98 A 9

PASCASII DIACONI

Romani, libri. II. De spiritu sancto; quib⁹  
⁹ sijmboli enarratio continetur, aduer-  
sus errores Macedoniae.

Opus peruetustum, ac ualde a. D. Gregorio  
Romano Pont. probatum, nunc pri-  
mum in Lucem edicium.

A diecta est epistola eiusdem ad  
Eugyptium.

Colonia e regione adis. D. Pauli  
excussum, Ann. M. D. xxxix.



A.

4587.

## SYLLABVS CAPITVM

qua primo libro continetur.

Quod non in ecclesiam, sicut in spiritum sanctum, sed remota in propositione, ecclesiam catholicam credere debemus.

Christum à spiritu sancto utpote deo, non genitum.

De unitate testimonij afferenda propheticis.

De Trinitate, vel Liberales et disciplinas, de tribus sensib[us] personis.

Dū facies p[ro]p[ter]is filius dicit[ur], p[ro]p[ter]i aequenus agnoscit[ur].

Spiritu p[ro]p[ter]is ipsū esse spiritū sacerdotum.

De digito dei.

Non obesse spūs sc̄ei deitati, quia nec genitus videatur, nec ingenitus.

Spūm sc̄ei p[er]fectū ēē charismatū largitorē.

De Actibus apostolorum assertio Trinitatis iteratur. ubi et christus cōtra Neoplatonos ad dādā p[ro]penitentiā misus afferit[ur].

Dei propriū ēē, ut sacrificet creaturam.

Locale nō ēē spiritū sacerdotum.

REVERENDO ET RELIGIOSO PA-

TRI. D. Gulielmo ab Alten dominica-  
ni ordinis, per germaniam inferiorē olim  
Priori, et Provinciali uigilansissimo.

Optimo Mæcenati. F. Henricus  
Grauensis dominicanus.

S. P.



Vm olim quidem, ueluti histo-  
rijs ecclesiasticis proditum  
est, progenies illa uiperarum  
hæresici inter tā multa ac ui-  
rulenta dogmata, quibus sincera religionis  
pietatem usq[ue] irriterunt, a sacra quoq[ue] cesē  
per adoranda Trinitatem abstinerem minime su-  
stinerunt. neq[ue] ueriti sunt aduersus ipsū  
deum auctorem totius humani generis exce-  
crabili ingratitudine obsecrati, ac ueluti ra-  
bie quadam agitati surgere: ita alij pa-  
trem, et filium, et spiriu[m] sanctu[m] oīouū ūj:  
op, id est unius essentia, et maiestatis, et glo-  
riae, impudenter negarunt: alij alio genere  
erroris que nobis ecclesiae nascentiē statū  
perturbarunt. Quae res Arrios, Sabellios,

A. j.

et id genus plura heresiarchar<sup>y</sup> monstrar<sup>d</sup> dicit: atque inter ea Macedonium cōstātinopolitanum, Episcopum quidem, sed minime bonum, qui insano dogmate, ac sacris lego ore, in spiritum sanctum contumeliosus, eum a patris, et filij diuinitate separans, creaturam esse confessus est: quem catholicae fidei symbolum simul cum patre et filio adorandum prædicat, quem quoq; regius propheta in mundi constituzione cooperatorem celebrat: Verbo inquit domini coeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis uiribus eorum. Hinc eius hýdra sectatores uero ulloheroi græce dicti sunt, quod cū spiritu sancto ueluti gigantes (ut est in fabulis poetar<sup>y</sup>) olim, cum deo, bella gererint: sunt qui eosdem seminarios uocant, ueluti diuus Augustinus testatur post Epiphanium, et Damascenus utroq; posterior in libro de C. heresibus. Horum blasphemiam Paschasius Roma Diaconus, grœcor<sup>y</sup> et Latinor<sup>y</sup> patr<sup>y</sup> uestigia sancta secutus, testimonijs sacris, insuper fortissimis argumentis ita confutat, ut Arrianor<sup>y</sup> quoq; et Sa-

bessianor<sup>y</sup> insuper, et Nauatianor<sup>y</sup> impudētem frontem contundat duobus hisce libris, quibus tunculum de spiritu sancto fecit. Quos libros cum nuper ē uetus codice in usum nostrum describerem, horeati sūt me sacrar<sup>y</sup> literar<sup>y</sup> quidam studiosi, ut typographis excudendum darem authorē sic satis uetus sum (fuit enim Anastasij imperatoris temporibus) sanctitate insignem, museum qz à multis diu desideratum. Cū autē mihi patronum aliquem diligere paro optime patronē, ius nominis auspicio in lucem prodeat, commodum occurrit: cui nuncupare eam emisionem multis de causis placuit. Cui enim opus hoc uere theologicum, et plane aureum decēsius inscribere debeo, inuenio neminem, quam tibi Theologie uera et sincera lectori studiosissimo, cuius quoq; studia nostra, cum Louanijs agerem, alevantur, ut studiosi omnes quā plurimum sese tibi debere facentur, qui tuo ipsius exemplo passim studiosos non solū sincera et christiana theologia efficis, uerum etiam ad bona<sup>y</sup> literar<sup>y</sup>, tū maxime

A ii.

Grecæ et hebraicæ linguae peritiam, quā ingravescente cœate absoluisti, liberalitate inuitas. Hoc igitur obseruande patrone sit animi mei erga te et affectus, qualiscūq; testificatio, et amicitiæ pignus, Paschasy pressens opusculum dignissimum Lectu sub tuo patrocinio, orbi ueluti postliminio redditū, cum quo Christus omnium se diligentius caput et salus te perpetuo incolumē seruet.

Vale Nouiomagi ē cœnobio Dominicanorū.

M. D. xxxviii.

PASCHASII DIACONI ROMANI IN LIBROS DE SPIRITU SCEO  
Praefatio.

**F**ides catholica in uniuersum mundum per patriarchas, prophætas, et gratia dissipatores, spiritu sancto insinuante diffusa est. Hanc apostolica sollicitudo, atq; perfectio, sicut p; sanctas paginas dilatauerat, ita per symboli salutare mira breuitate collegit, & ea q; per diuersas remediorū species disposuit in corpus unum, ac uelut eoc innumeris aromatibus præciosum consecit unguentum, cuius odor omnes fines terræ potentia flagratiæ spiritualis implevit, ut in ipso uniuersitatis assensu, uirtus appareat ueritatis.

Et quia oportet ut errantibus quasi parvulis, et ignarib; primæ Christianæ traditio-  
nis elementa repetamus, in hac symboli p-  
fectione, et unitas euidenter aperitur, et tri-

de his uide  
Ambro. lib.  
1 de Abra-  
ham cap.  
et prudeti-  
tus uox ipsa

nitas, dum ter repetita confessio patri, et filio,

A iii.

PASCASII DE SPIRITU. S.

dit obsequium. In quibus uerbis etiam trecentorum decem et octo, sacer numerus sacerdotum, emergentes Arriji, ac Macedonij damnauit erroris, dicens: Credo in deum patrem, credo in filium eius unicum dominum nostrum, credo et in spiritum sanctum. Nam eesi ex hoc numero paucorum fragilitas declinavit, uniuersalis tamen numeri mysterium non resolut. Et ideo sacer natus discimus, quod trecenti mera suppunctione Greca signum crucis, decem et octo uero, Ihesu adorandum nomen ostendunt. In hoc ergo numero atque mysterio: in quo esatus Abraham de innumeris gentibus triphauit, senioro pieas hostem fidel sub una patris, et filij, et spiritus sancti predicatione confudit: unde est intelligentum est, eos qui in spiritum sanctum sub eterna damnatione blasphemant, aut sine perfectione symboli baptizatos, aut in ipso sibi simbolo a fontementitis, anteq; omnis homo diabolo renuntians confiteur. Credo et in spiritum sanctum. Credo inquam et in spiritum sanctum. Agnoscamus uerbi ipsius priuilegium. Credere

LIBER. I.

: re illi quilibet potest hominum, Credere uero in illi soli debere te maiestati noueris. Sed et hoc ipsum aliud est, deum credere, aliud est credere in deum. Ese deum ut diabolus credere dicitur secundum apostolam: Nam credentes credunt, ut conteremissem. In deum uero credere, nisi quippe in eum sperauerit, non probatur. In deum ergo credere, hoc est fideliter eum querere, est tota in eum dilectione eransire. Credo ergo in illum, hoc est dicere, confiteor illum, colo illum, adoro illum, toquum meum illum eius ac domini tradid, atque transfundo. In professionis huius reverentia; uniuersa divino nomini debita continentur obsequia.

Quod non in ecclesiam sicut in spiritum sanctum. Sed remota in prepositione, ecclesiam catholica credere debeamus.

Cap. Primus.

**S**E D opponis, ut dicis, non statim in hoc uerbo deum posse monstrari, quo dicimus: credo et in spiritum sanctum, quia

PASCASII DE SPIRITU. S.

sequitur: Credo in sanctam ecclesiam catholicam. Primo nescio quomodo ecclesiam catholicam nominare audeat Macedonius, qui extra catholicam excul salutis exclusus est, ex illo factus numero, de quibus dicitur. In circuitu impij ambulans. Ergo dicas, credo in sanctam ecclesiam catholicam. Quid supponendo exiguum id est. In syllabam, ingentem caliginem subteceretur? Credimus ecclesiam quasi regenerationis matrem, non in ecclesiam credimus quasi in salutis authorem. Nam cum hoc de spiritu sancto uniuersa confiteatur ecclesia, numquid et in semetipsam credere potest? Ergo cum in solam specialiter credi oporteat trinitatem, eisdem memoratorum patrum toto celebrata orbe doctrina confirmet, aut remoue hanc de ecclesia nomine syllabam: aut certe credere te in ecclesia manifesta professione scripturis afferre, testimonij doce, diuinis oraculis remota uerbo tuo praeiudicione conuice. De sacris omnimodo uoluminibus: quae sunt credenda sumamus, de quo fonte symboli

populus

LIBER. I.

ipsius series deriuata subsistit. Qui in ecclesiam credit in hominem credit. Non enim homo ex ecclesia, sed ecclesia essecepit ex homine. Recede itaque ex hac blasphemia persuasione, ut in aliquam humanam te estimes debere credere creaturam: cum omnino nec in angelum: nec in archangelum sit credendum. Hac enim quae in symbolo post sancti spiritus nomen sequitur, ad clausulam symboli remota in, prepositione recipiuntur, ut sanctam ecclesiam, sancto communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, uitam eternam credamus. Credamus in deum, id est ut haec a deo disposita, et in deo constare fateamur. Nam nonnullorum imperitia in, prepositio nem hanc, uelut de proxima uicinaq; sententia, in consequentem traxit, ac rapuit, Vero superfluo imprudenter apposuit. In nullis autem canonicis de quibus symboli exodus pendet accepimus, quia in ecclesia credere sicut in spiritum sanctum, filiumque debemus. Et ideo cum ab hoc honore creatura omnis sit aliena, hic in quae credere

P A S C A S I I D E S P I R I T U . S.

præcipimus, deus est. Quod uerbū diuinitatis specialiter uoce domini saluatoris as-signat, ita dicens: Credite in deum, in me credite. Et iterum: qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit.

Ioan. 14.  
10. 12.

C H r i s t u m a spiritu sancto ut pote  
deo, nō genitū, sed creatum.  
cap. II.

C um autem catholica confiteatur ec-  
clesia, conceperus est de spiritu san-  
cto, interrogandi sunt hoc loco Macedoni-  
ani, utrum spiritum sanctum creatore, an  
patrem estimant redemptoris. Si patrē for-  
te responderint, cum iam in principio sym-  
boli dicserint, credo in deum patrē omni-  
potentem, duos eum habere patres con-  
susibiliter faciebūtur. Si vero creatorem ut  
habet ueritas afferuerint, uel necessitate,  
nobiscum uniuersitatis deum pronuntiarē  
cogentur, Et ideo per Esaiam prophetam,  
uelut per tubam suam, ac de templo suo lo-  
quitur, dum duas in christo substantias

Esa. 45.

L I B E R . I.

presignares. Rorare cœli desuper, vñ nubes  
pluant iussum, aperiatur terra, & germe-  
net saluatorem, ego dominus creavi eum,  
Homo nāq; assumpitus ex Maria, operatio  
spiritus sancti fuit, non portio, nec ab eoge-  
nitus, sed creatus. Concepus est potentia;  
non substantia, operatione, non participa-  
tione, uirtute, non genere.

D e unitate testimonij afferenda  
propheticiis.

cap. III.

C atholica fides per geminam maiestati-  
tem sub unius diuinitatis confessio-  
ne ueneratur. Accipite unam eoc sacris uo-  
luminibus diuinitatem. Audi Israel dñus  
deus tuus deus unus est. vñ dominū deum  
tuū adorabis, & illi soli seruies, in psalmis,  
faciens mirabilia, tu es deus solus. Jeem: Tu  
solus altissimus in omni terra. Per Esaiam  
quog; deus Israel qui sedes super cherubim,  
tu es deus solus omnium regnum, terrae. Jeem:  
ego dominus, primus, vñ nouissimus ego sum.

Esa. 43.

Esa. 42.

Esa. 45.

PASCASII DE SPIRITU. S.

Item: Ego dominus, hoc est nomen meum,  
gloriam meam aerei non dabo. Ut vero  
hoc testimonium ad christum noueris per-  
tinere, id est primus vñ nouissimus. de se alio  
loco dicit: Ego sum principium, qui et loquor  
ubiq;is. Item: Ante me non fuit deus, vñ post me  
non erit. Ego sum dñs, & non est absq; me  
saluator. Quod specialiter pertinet ad chri-  
stum humani generis saluatorem. Item hæc  
dicit dominus redemptor eius, et formator  
tuus ex utero. Ego sum dominus facies oia,  
extendens coelos, solus stabiliens terrā, vñ  
nullus mecum: quod ihesu pertinet, et facto-  
rem ac redemptore propriè respicit, de quo euā-  
gelista commemorat: Omnia per ipsū facta  
sunt, et sine ipso factum est nihil. Item: Nō  
est ultra deus absq; me, vñ saluator non est  
prater me. Item: Ego primus, vñ nouissimus,  
manus mea fundavit terram, & dexterā  
mea mensa est coelos. Sicut ihesus christus  
alio loco de se eidenter assertus dicens. Ego  
sum Alpha, et. co. inīciū et finis. In his  
testimonij etiam spiritus sanctus contine-  
tur, in quibus ita cōfīenda est. Omnis sub-

Joan. 8.  
24. 43.

¶ ad

Apo. 21.

L I B R . I .

- Sanctie unitas, ut et in eis inesse credenda  
sit etiam personarū distincta proprietas, et  
indivisa pluralitas.

De Trinitate uel liberales etiam dis-  
plinas de tribus sensib;e personis.

Cap. IIII.

C Vm itaq; uerbi undā monstrauimus  
deitatem, tria nūc in una deitate  
appellaciones, sed non tres potestates, tres  
hypostases uel subsistentias, sed non tres  
substantias. Manifestum est etiam seculare  
intellecū sapientiam, omniū multitudinē  
seculorum, intra triū personarū conclusā esse  
rationem. Quæ sunt istae tres? Id est: Ego,  
Tu, Ille. Ergo ut dicimus tres tantum in  
rebus esse personas, etiam liberalia studia  
de spiritualibus disciplinis instrucionem mu-  
tata senserū, eisq; eidenter apparuit: nec  
secundam personam satifacere perfectiō,  
nec tertiam posse transcedi, quia dualitatē,  
semiplenam esse ad tertiu numerū tendens

structiō mutua  
ara

PASCASII DE SPIRITU S.  
arguit plenieudo, quaternitatem uero respu-  
it in tribus consumata perfectio. His ergo  
Leui commemoratione transmisit, magis sa-  
cris testimonij afferamus, trinitatem in uni-  
tate mutatione subsistere. Sed dicas: Quid  
mihi profers unitatis ac Trinitatis uerba;  
qua in canonica lectione non inuenis? No  
mirum, si is qui ingredi non meretur pene-  
tralia salutis, expauescit, ac refugie etiam  
testimonium ueritatis. Quid enim tam pro-  
ximum, tam naturale, tam proprium, quam  
de uno unitas, de tribus erintitas, catholicis  
primum definitionibus nuncupetur? Non  
ex se disquienda sunt uerba; qua de pra-  
cedentibus pendent, nec sane consequens est,  
ut peregrina iudicentur, qua ex uno et tri-  
bus, id est de manifesti excordij proprietate  
nasceretur. Aduertere quia non est presuppositius  
us ergo hic sermo, sed derivatus. Quae uo-  
cabula a tempore primitiae ecclesia anti-  
quitas inuenit, autoritas protulit, etas lo-  
ga firmauit.

Gen. i. Dum facies patris, filius dicatur, patri  
aqueuus agnoscetur.

LIBER. I.

Cap. V.

S Vspice de sacris uoluminibus trini-  
tatem. In principio fecit deus caelum  
et terram, & spiritus dei ferebatur super  
aquas. Pater author, æquum principium,  
superfusus aquis spiritus sanctus. Super  
aquas itaque dominantis eminentia fereba-  
tur, iam tunc credo, baptismi munera figu-  
rans. In faciendo quoque homine, non unius,  
sed trium personarum opus esse demonstrat  
trina repetitio deitatis. Ita enim legimus:  
Et dicit deus, faciamus hominem ad imagi-  
nem et similitudinem nostram. Aduerte senten-  
tiā in prepositione simplicem, in responsione  
multiplicem. Et dicit deus faciamus hominem.  
quid est aliud: nisi quia substantia unitatis  
Loquitur, & potentia trinitatis operatur?  
Perspicere quomodo trina uice nomen dei in cre-  
atione hominis nuncupatur. Sic enim habe-  
mus in Genesi. Et dicit deus faciamus homi-  
nem. Et iterum: Creavit deus hominem. Et ter-  
tio: Benedicat ei deus. Dicit deus, fecit deus,  
benedicat deus. Propter tres personas; ter

B.

PASCASII DE SPIRITU. §.  
 iteratur una diuinitas. Quo loco eviden-  
 ter mysterium etiam trinitatis intellige.  
 Ecce imago dei, & similitudo unicuique homi-  
 ni a tribus datur. Et tamen una esse din-  
 scitur. Dixit deus faciamus. Diligenter atti-  
 de, dum unus dicit, et non unus facit, dumque  
 itaque singulari plurale permisceret, non dicit  
 ad imagines et similitudines nostras, uel cer-  
 te ad imaginem et similitudinem meam, uni-  
 tatem singularitate, trinitatem pluralitate  
 commendat. Itaque in eo quia dicit: Faciamus  
 hominem ad imaginem nostram, personarum  
 numerus explicatur, in eo quia singulariter  
 ad imaginem et similitudinem, in unam sub-  
 stanciam diuinitas individualia colligitur. Cum  
 Abraham in ostio tabernaculi apparuerit deus,  
 & ex uno tres eius oculis mirabiliter obser-  
 uissent, in tribus unum consitus maiestatis ar-  
 dorauit. In psalmo quoque, absolute personis  
 suis unitas designatur: Ne proicias me inquit  
 a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne au-  
 feras a me, filius sicut imago patris, ita et fa-  
 cies patris accipitur. Et ideo legimus: Philip-  
 pe qui uidet me, uidet et patrem. Et itaque quo

Ioa. 14.

## LIBER. I.

ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam?  
 Aduerso in fide perfecta confessionis mysteri-  
 um trinitatis. Propheta ad patrem loqui-  
 tur, faciem patris filium patris profiteetur, nec  
 non diffusum per omnia spiritum sanctum  
 profitetur. De filio ad Moysen etiam loquitur  
 dominus. facies mea precedet te. Quod nomen Exco. 33.  
 id est facies, & ad unitatis substantiam, &  
 ad eternitatem persinat maiestatis. quod au-  
 tem minorem putare, quia natus est, quid est  
 deum de deo esse natum, nisi eoc deo natura-  
 litter exstitisset? Sed dicis: si eoc illo est, iuni-  
 or est. Ecce brachium ex corpore, et facies  
 de corpore suo nascitur, nec tamen facies mi-  
 norem capite suo, uel brachium corpore suo  
 constat esse posterius. Si ergo ullum caput  
 antiquius unquam fuie, tunc afferere prae-  
 sume antiquiorum esse patrem ab imagine sua,  
 que in Christi perfecta similitudine, et aqua-  
 litate consistit. Ita ergo nescit filius, uel potes-  
 tate, uel tempore a patre discerni, sicut facies  
 a capite separari, uel capite suo nequaquam po-  
 test iunior inueniri.

B. ij.

PASCASII DE SPIRITU S.

Spiritum patris, ipsum esse Spiritum  
sanctum. CAPVT VI.

Esa. 11.

**S**E D dicens. Ostende mihi q[uod] in sua e[ss]entia subsistat Spiritus sanctus. Ubicu-  
q[ue] uel quotiens lego, aut spiritum patris, aut  
spiritum meum, aut spiritum dei: video inquis  
non ad spiritus sancti, sed ad patris referendū  
esse personam. Primum huic blasphemā sua  
impiecatis accumulant, cū alseretur dicāt, spi-  
ritum sanctum dei aut creaturam, aut certe  
ipsū patrem esse credendum. Merito qui spi-  
ritum sanctum non confiteatur, usq[ue] ad contu-  
meliam patris confusa mente deuoluitur. Uti-  
q[ue] si factura, ad patris non potest pertinere sibi  
sanctam. Si uero eum paternam putas esse po-  
tentiam, quomodo eum usq[ue] ad factura humiliare  
presumis iniuriam? Nos uero spiritum  
dei non de patre dici, sed proprio de spiritu  
sancto euidentibus testimonij demonstrabi-  
mus. Legimus in Esaia super dominum Iesum  
descendisse spiritū sanctum domini, spiritū  
sapientiae, et intellectus, spiritum consilij, &  
fortitudinis, spiritū scientiae, et pietatis. De

11

LIBER I.

hoc itaq[ue] spiritu domini, qui supra salua-  
torem sacro descendit illapsu, per Esaiam  
filius dicit: Spiritus domini super me. V' Esa. 6.  
euangelista mattheus: Ecce aperti sunt ei  
coeli, et uidet spiritum dei descendente si-  
cut columbam. Hunc autem spiritum dei,  
quem in baptismo saluator accepit, mani-  
festat spiritum sanctum lucas euangelista  
per docuit esse, dicens: Ihesus plenus spiri-  
tu sancto regresbus est ab iordanē. Legim⁹  
in iohel propheta: In diebus illis effundam  
de spiritu meo super omnem carnem, quod  
dicit de spiritu meo, de spiritu sancto di-  
ceum esse manifestū est, quia quando super  
apostolos spiritus sanctus sacra quinqua-  
gesimae solemnitate descendit, tunc istud te-  
stimonium de propheta apostolus Peccus p[ro]fe-  
rit. Huc spiritum patris, ipsum esse spiritū  
sanctum euangeliae diuerso sermone, sed A.C. 2.  
consona ueritate docuerunt. Nam cū Mat-  
theus diceerit: Non enim uos estis, qui loqui-  
mini, sed spiritus patris uestri, qui loquit⁹  
in uobis: huc spiritum patris aperire spiritū  
sanctū esse. Marcus exposuit dicens:  
B. ij.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 quod datum uobis fuerit, id loquimini: nō  
 enim uos estis loquentes, sed spiritus san-  
 ctus. Et Lucas similiter hūc spiritū dei:  
 Spiritum esse sanctum demonstrauit dicens:  
 Nolite tollēti esse qualiter aut quid dicatis,  
 spiritus enim sanctus docebit uos in illa ho-  
 ra, qua oporteat dicere. Secundū hæc ergo  
 quotiens aut spiritū patris, aut spiritū dei  
 legiteis, specialiter ad spiritū sanctū esse re-  
 ferendum, deposito necesse esse errore fatea-  
 ris. Item quoq; Esaias spiritū sanctū unum  
 in gloria trinitatis annumerat quando di-  
 cit, Vidi dominū sedentem super soliū exco-  
 lsum, ὁ seraphin sebante, et clamabat alter  
 ad alterum, sanctus, sanctus, sanctus, dñs  
 deus sabaoth. Et in cōsequēti dicit. Et audi-  
 ui uocem domini dicētis. Wade et dices po-  
 pulo huic. Auditū audietis, et non intellige-  
 tis, et uidentes uidebitis, ὃ non uidebitis;  
 Hic dñs sabaoth, qui per assumptionem spe-  
 ciem uisus est à propheta, uel locutus est ī  
 propheta, quis fuerit in aceibus apostoloro  
 Paulus apostolus ostendit dicens, Bene spi-  
 ritus sanctus per Esaiam prophetā locutus

Esa. 6.

Ae. us.

*Joan. 12.  
Esa. 6.*

LIBER. I.  
 est ad patres nostros. Auditū audietis, et nō  
 intelligetis, ὃ uidentes uidebitis, et nō uidebi-  
 tis. Credamus saltem Paulo præconi celebri-  
 mo ueritatis, quia spiritus sanctus fuerit  
 ille deus exercitū: quem uidit Esaias, et qui  
 locutus est per Esaiam. Sed quia trina repe-  
 titione persulsat sancto, sancto, sancto, ui-  
 deamus ne hic honor respiciat trinitatem. Esai-  
 as cū dicit: Vidi dominū sabaoth, patrem  
 iudeis agnoscitur prædicare. Joannes euan-  
 gelista aperte filiū probatū afferere, ita di-  
 cens. Propterea non poterant credere in Ihe-  
 sum: quia dicit Esaias: Exercavuit oculos  
 eorum, ὃ obduraui cor eorum. Hac dicit Esai-  
 as, quando uidit gloriam filij dei, ὃ locutus  
 est de deo, quod autem idem Esaias dicit, ὃ  
 audiui uocē domini dicētis. Wade, et dic popu-  
 lo huic: Uidentes uidebitis, et non uidebitis.  
 Hūc dominū apostolus Paulus, us dicimus,  
 spiritū sanctum esse confirmat. Vides ergo  
 quia sanctus, sanctus, sanctus, hæc uoce to-  
 tam concelebrat trinitatem! Et sicut in his  
 tribus uerbis nulla dissimilitudo, nulla dif-  
 ferentia, ita in trinitatis ueritate nulla potest

B. iij.

PASCASII DE SPIRITU S.  
esse dispensio.

De dígito Dei.

Cap. VII.

**S**ED dicens: Ex hoc minor esse spiri-  
tus sanctus agnoscitur, quia dei di-  
gitus nuncupatur. Non ita est. Sed quando  
audis de spiritu sancto dici, si ego in spiri-  
tu det, uel dei dígito ejcio dæmones, nō gra-  
tia imminutionem, sed substantia demóstra-  
ri noueris unitatem: nec honoris discrepan-  
tiā, sed operis esse concordiam. Quid ergo:  
quia spiritus sanctus dígitus interdū dicit;  
ideo minor filio et patre interdum creditur.  
Refuge huins persuasione errorem, uide ne  
aliquoties in hac designatione dígitī, et pa-  
trem comprehendat, et filium. Meminim⁹  
non de uno dígito díceū esse, cū Legimus:  
Quoniam uideo coelos tuos opera dígorū  
tuor⁹. Sed dicens in dígitis de filio hoc tātum,  
et de spiritu sancto, sub quadam dualitate  
signari. Ne hoc de duabus personis afferere  
coneris, alio loco Isaías dígorū numero  
Loquitur trinitatem dicens: Quis appendit

Esa. 40.

LIBER. I.

tribus dígitis mole terra? quid euidentius de  
trinitatis unitate, quid clariss⁹! Nonne hic i⁹  
tribus dígitis potentia unitus a qualitatē,  
sub quadā mysterij Lance librauit? Ergo ut  
dícum est, cum iam instructus sis de societate  
operis, non dubites de parilitate uirtutis, dicē-  
do ergo quis appendit tribus dígitis molem  
terra: Hic specialiter loqui uolunt de coo-  
peratione potentia, v⁹ de unitate subunitie,  
quæ una eademq; esse in tribus dígitis ap-  
probatur. Sed nihilominus in Esaia per-  
sonam propriam spiritus sancti sub distin-  
ctione trinitatis aduerte. Ubi enim filius  
asseruit de se dicens: Ego primus, v⁹ ego no-  
uisimus, consequenter adiecit: Et nunc de-  
minus misit me, et spiritus eius. Aleer ego  
in persona est dominus pater, aleer spiritus  
dei patris. Ieaq; dum a patre, et spirite san-  
cto destinari filius legitur, sub trium nōiē  
personar⁹ spiritus sanctus a semetipso sub-  
sistere euidenter aperitur, sicut alio loco i-  
dem propriam trinitatis distinguat espetia.  
Ecce puer meus suscipiam cum, electus meus,  
complacuit sibi in illo anima mea, dedi spi-

Esa. 48.

Esa. 42.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
ritu meū super eum. Pater dilectū puerū su-  
um uocat. super quem dedit spiritū suum;  
de quo Ihesus christus propria uoce testat:  
Spiritū domini super me. Et ut illud etiam  
gentibus posse esse manifestum. Ite (inquit)  
baptizate omnes gentes in nomine patris; &  
filij. & spiritus sancti. Ubi sub tribus perso-  
nis. unum opus. et unum nomen indiuīsa aſe-  
rit maiestatē. Habemus ut dicendum est secun-  
dum Lucam. Et Ihesu baptizato apereū est  
cōclum. & descendit spiritus sanctus corpo-  
rali specie sicut columba. et uoce de cōlofa-  
cta est: Tu es filius meus dilectus: in te cōpla-  
cui. filius ergo in corpore. spiritus sanctus in  
specie columba. pater declaratur in uoce. Sed  
hoc loco intelligenda est in columba species  
pertransiens. non substantia perseverās.

Luc. 4.  
Mat. ult.

Luc. 3.

Non obesse sancti spiritus deitati. quia  
nec genitus uideatur esse nec ingenit.  
Cap. VIII.

S Ed inter hæc cum spiritus sancti per-  
sonam propriam demonstremus. &

LIBER. I.

patrem confitemur in genitum. Filium ue-  
ro cognoscamus unigenitum. queris à me u-  
trum spiritus sanctus ingenitus. an genitus.  
an quid aliud confitendus sit. Scripturae sâ-  
ctæ de potentia et deitate spiritus sancti lo-  
quuntur. utrum uero genitus dici debat;  
an ingenitus. non loquuntur. Vide quas  
sibi tenebras infidelitas facit. Non uis scire.  
quia moluisse ignorari. & uis scire quia non  
iustit inquire. Non dicit genitum. ne filiu  
crederes: non dicit ingenitum. ne patrē pu-  
tares: sed ad essentiæ distinctionem. proce-  
dere cum ex patre testatus est. sicut legimus:  
Paracletus qui ex patre procedit. Quia cum  
ita sint. uel sic agnoſte spiritū sanctum pro-  
priam habere personam. Praeter duos eiſe ter-  
tium probat diuersitas nominis. procedente  
ex deo. non eiſe ordine uel gradu tertiu mō-  
strat. unitas maiestatis. qui enim de interi-  
oribus dei progreditur. non dei creatura;  
sed dei probatur eiſe substantia. Non scrut-  
teris qualiter deus sit: quem deū eiſe mani-  
festum est. Hic ratio latet. ueritas nō latet.  
Cur interroges quomodo sit socius. et aequalis

PASCASII DE SPIRITU. §.

Regis, quem regi constat esse honoris et generis. Ex superfluo de nomine agitur inquisitio, ubi non est de sublimitate dubitare. Ergo spiritus sanctus eoc utroq; procedit, ideo dicit: qui autem spiritum christi non habet, hic non est eius. Vt alio loco insufflavit, et dicit: Accipite spiritum sanctum, utrum ingenitus sit, an genitus requiris. Nihil ex hoc eloquia sacra cecinerunt, nefas est grumpere diuina silentia. Quod deus scripturis suis indicandum esse non credidit, indicare uel scire te, superflua curiositate noluit. Hoc peruenire debere indicuie ad conscientiam tuam, quod pertinet ad salutem tuam. Quid nobis de sancto spiritu sit credendum, sancta consulamus eloquia. Hoc ipsum enim quod ait genitum filium, iniquum dicere auderes, nisi colessemus ex scripturis attestatione didicisset. Aut numquid usurpare afferere christum dominum, uel ex virginе procreatū, uel ex aequuo ut coetero patre progenitū, nisi ex lectiōne sumpsisset, nisi de deo diuinā, uoces interrogasset? Et ideo quomodo consentire de

L I B E R . I.

spiritu sancto debeas, ad apostolos et euāgeliū oportet ut redeas, cum quibus, et in quib; deum locutum esse non dubitas. Ut ergo ad superuacaneam propositionem tuam redeam, numquid in hac gratia uel substantia spiritus sancti habetur, si aut ingenitus probet, aut genitus? Nam nec filio quicquam derogat, quod ingenitus esse non legitur, nec patri quod genitus non habetur. In huiuscmodi sermonibus proprietas est appellationis; non diuersitas potestatis uel maiestatis. Genius et ingenius, persona est differentia, non natura. Cum ergo de genito et ingenito inutilia, et non necessaria, ut solis calumnias oporenta uel dicceris uel audieris, numquid in hoc fine stare contentus eris? Certe adhuc utrum deus sit interrogabis. Cum uerū deum esse ex his quae leguntur acceperis, iam quod interrogas non habebis, quia cum ceperis fortia et consumata cognoscere, inania, et uacua non indigebis inquirere. Ubi ergo utilitatis ratio et ueritatis esse intelligitur plenitudo, illuc salutaris pendeat inceptio. tendat

PASCASII DE SPIRITU. S.

Spiritum sanctū perfectorem esse  
charismatum et Largitorem.  
Cap. IDC.

**S**piritu sanctū coelestiū charismatū Largitorem, et dispensatorem sanctificationum, etiam ipsa ratio nominis protestatur. Magnificentia autem eius etiam in veteri testamento manifestata est. Nam illuc gratia eius non nisi certis quibusq; id est, patriarchis pariter et prophetis, et sanctis eleceisq; concessa est, ut per ipsa donorum perfectionem, donantis intelligentias dignitatem. Quaneum uero in scripturis sanctis manifestissime deprehenditur, alia pater ipse per se, alia specialiter per filium, alia p. spiritum sanctum. Licet sub privilegio potentiae communis operatur. Quia sumus, ad patrem propriè referri uidetur, in quo sicut apostolus dicit: uiuimus, mouemur, et sumus. Quod uero rationis, et sapientie, et iustitiae, capaces sumus, illi specialiter qui est ratio, et sapientia, et iustitia, id est filio deputatus. Quod autem uocati regeneramur, et regenera-

LIBER. I.

-ti innouamur, innouati sanctificamur, per diuina eloquia persona spiritus sancti euidenter ascribitur. Sed hoc ita sacrae paginae sub distinctione in discrete trinitatis loquitur, ut qualibet appareat in singulis diversitas operis, maneat tamen in tribus unitas uoluntatis. Ergo et gentiles, et cathecumeni, de patris et filij dispensatione participant, de sanctificatione uero et infusione spiritus sancti non facile, nisi iam baptismū consecuti, purificati, et spirituales effecti, apostolici ē ac toto spiritu ad martyrum preparati. Et inter haec adhuc cretura ē ab impijs indicabitur, qui apud indiuiduam trinitatem in ordinatione salutis humanae, magnificentiora quaerunt munera et perfectiora sortitur? Sed forte dicas: Maior est spiritus sanctus, cuius maiora et nobiliora sunt opera. Non ita est. Nō id moris est trinitatis, ut cui persona administranda rei comitè officium, ei peracte ascribat effectum, ac si opus sit forte diuersum, sed commune propositū, et si est in singulis speciale factum, manet in

PASCASII DE SPIRITU S.  
tribus generale consilium, ac propterea si  
distinctū habent in operatione negotium,  
unū tamen tenet in ordinatione consensū.  
Post ascensionē domini ad accumulanda,  
U implenda eius beneficia, spiritus san-  
ctus descendit et describitur, de quo ipse  
saluator per joannis euangelium loqui-  
tur. Ille spiritus ueritatis quē mitteat pa-  
ter in nomine meo. Mitte inquit pater i  
nomine meo, de trinitate evidenter. De  
qua hoc unq; creatura dictum uel Legi-  
mus uel audiuimus, quod in huc mundū  
in dei nomine uenerit. Hic ergo de quo  
christus dñs deus dicit: Nisi ego iero, pa-  
racletus non ueniet ad uos, deus absq;,  
dubio est, qui in locum dei ad confirmā-  
da dei munera destinatur. In his duab;  
sententijs sub distinctione trinitatis, ab-  
solute persona ē spiritus sancti decla-  
ratur. Non immerito itaq; et hoc ad di-  
uinitatis aequalitatem refertur, q; sicut  
filius, ita ē spiritus sanctus in scripturis  
paracletus nūcupatur. Et unde hoc pro-  
bare poterimus? Utiq; ex joannis apli

joa. 15.

+

joa. 16.

LIBER. I.  
auctoritate cum dicit: Si quis inquit. no-  
serum peccauerit, paracletum habemus a...joa. 1.  
pud patrem Ihesum christum, Uipse est  
propiciatio pro peccatis nostris: Paracle-  
tum id est aduocatū, quod ad personā filii  
respicit, sive ē consolatorem, quod ad sa-  
ctum spiritum pertinet, una greci sermo-  
nis enunciatio utrūq; significat. In Jo-  
anni's euangelio habemus, Et ego inquit  
rogabo patrem, et aliū paracletū dabit uo-  
bis. Aliū paracletum id est similiſ poten-  
tiae, patris gloria eiusdem naturae, Et aliū  
paracletum, si unū de creaturis esse putas  
spiritū sanctū, indignū est, ut descendetē  
eodem beneficiā quē creator cōtulit, creatu-  
ra confirmet; et quasi factoris inefficax fu-  
erit uirtus, quamlibet excellētiori, tamē  
creatura, uel consumati operis reserueret  
effectus. Tu ergo spiritu sancto tāq; cre-  
aturæ maledicis opprobrio, cui se dei filius  
diuino testimonio, et proprio exacquauit  
oraculo. Et aliū paracletū, duplice hic  
intellectum, et personæ distinctionē cognos-  
ces. Ideo se christus sub paracleti uidet:

joa. 14.

c.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 exæquasse cognomine spiritu sancto, qui  
 utiq; materia operis dei atq; factura est;  
 quia ipse Ihesus creatus esse probatur eoz  
 Maria, ob quam infidelem uocem tam infir-  
 mū est argumētum. Nam si secundūm homi-  
 nē paraclete christum assimulatū putas,  
 nec hoc quidem conuenit charitati. Eēenī  
 paulominus ab angelis minoratus, et unq;  
 factus est ex nobis, bene prima atq; coele-  
 sti excellētiori, ut aperis creature nō po-  
 tuit comparari. Si uero hoc secundūm formā  
 dei chris̄e locutus est, factori utiq; fa-  
 ceturam certum est non debuisse conferri. Ac  
 si huic excellētiori creature se homo ex-  
 æquat, minoris superbia est, si deus maio-  
 ris iniuria est. Quia ergo in creature condi-  
 tione constare sibi hæc comparatio nō agno-  
 scitur, restat ue uterq; Deus esse credatur,  
 ac sibi mutuo diuinitatis aequalitas compa-  
 retur. Nam dum saluator loquitur per Io-  
 annem: Et ego rogabo patrem, et aliū para-  
 cletum dabit uobis, spiritum ueritatis, quē  
 hic mundus non potest accipere, qui uniuer-  
 so mundo dari potest, manifeste deus est mū-

302.14.

LIBER. I.  
 di. Trinam et hic agnosce uirtutē. Pater est  
 qui indicatur rogandus, filius qui intelligi-  
 tur rogaturus, spiritus sanctus qui promis-  
 tur a patre misendus. A duerē personam  
 spiritus sancti, non tam cognatis ut aperis  
 creaturis associari, sed per omnia trinitati  
 operibus adiungi, et uirtutibus exequari.

De actibus apostolorum assertio trinita-  
 tis iteratur, ubi et chris̄eus contra  
 Nouatianos ad dandū pœnitētiā  
 missus aperiebat.

Cap. 28.

Act. ij.

**I**n actibus apostolorum Petrus de domino  
 Iesu Christo disserens ita dicit, Dece-  
 tra igitur dei excoletatus, et promissione spiri-  
 tus sancti accepta a patre, effudit huc quem  
 uidetis et auditis. In deo filius in deo pa-  
 tre, in nominis sui proprietate spiritus sanctus  
 designat, v in consequētibus legimus. Tunc  
 Petrus repletus spiritu sancto dicit: In nomine  
 Iesu Christi Nazareni: quem uos crucificistis,  
 quem deus suscitauit a mortuis in hoc iste a-

Act. 4.

Act. 2.

C. ij.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
stat cora uobis sanus. Per spicere et hic distinctionē trinitatis expressā. Petrus in se perfervens spiritū sacerdū filium in carne morientem, et patrē loquitur suscitantē. Apostolico nichilominus iterato. Repleti sunt omnes spiritu sancto, et loquebantur uerbum dei cum fiducia. Aduerte et hoc in loco in trinitate spiritū sanctū contineri. In oratione pater rogatus; in dei uerbo filius agnoscit; in apostolorum constantia spiritus ignis operatur. Repleti sunt (inquit) omnes spiritu sancto. Manifestae maiestatis est posse plurimam similitudinem incorpoream diuinitatis infundere, et sine detrimento integrum permanere. Item cum discipulis apostoli de Iesu. Hunc deus principem et salutarem exaltauit de cetera sua, ad dandam poenitentiā in Israel in remissionē peccatorum. Nos (inquit) testes horum, et spiritus sanctus quē dedit deus omnibus obedientibus sibi. Intellige hic sub ordine trinitatis non solum ad prædicandum, sed ad dandā poenitentiā a patre filiu destinari, et obtemperantibus spiritū sanctum

Act. 10.

Liber. I.

qui obedientiā remuneret infundi. Stephanus sub momento passionis, spiritu sancto impletur, et reseratis iustitiae portis a deo tristis patris filius reuelatur, sicut ipse spiritu sancto repletus effatur. Ecce uideo cœlos apertos, et filiu hominis stantem a deo tristis Dei. Vide quomodo sub spectaculo trinitatis, edebat munera passionis. Cornelius cœtrionem Petrus alloquitur dicens. Iesu Nazarenū, quomodo unocit eum deus spiritu sancto. Unocit deus, id est, uirtus impletuit, benedictio infudit, diuinitas penetravit. Quomodo unocit eum deus spiritu sancto. Tria hæc proprietates suas euidenter monstrant. Munus, munerans, muneratus. Ungens, unctus, unguatum, sicut in alio loco dicit sermo diuinus. Unocit te deus tuus o Leo Lætitiae. In suscepto homine deus ungit, et deus ungit, et sub columba coelesti illapsu potestas patris agnoscit, fas non est, ut hic spiritus sanctus, a quo filius hominis christus iam dei filio plenus impletur, aliud quam deus esse credatur. Nam si creatura esset, quomodo penetrare posset in corpoream naturam omnia penetrantem? Capax enim sui

Act. 5.

a deus

c. iij.

PASCASIT DE SPIRITU. S.  
est trinitas, sicut ego in patre, *V*er pater in  
me. Et iterū: spiritus scrutat: et profunda  
dei. Item spiritus qui ex patre procedit: Ni-  
si hic spiritus ex patre esset, et naturaliter  
in patris aeterna infusus habitearet, procede-  
re ex patre non posset. Sed interrogas utto  
semper spiritus ex patre procedat: Semper  
cum illo, semper ex illo: sicut calor ex igne,  
ita sine intermissione profertur: ut egredi-  
sciat, separari nesciat. Nam si non esset spi-  
ritus sancti processio sempiterna, localis  
uidetur esse substantia: Si non alter alter-  
ius sine permissoione sui penetrat incorpo-  
rea sua claritatis unione, erit confusa diui-  
nitas. Permissio enim tollit essentia tripli-  
cis proprietatem; infusio uero mutua distin-  
ctam ostendit essentiam, quae inter substan-  
tiā et personas media uideri potest. Ad sub-  
stantiam pertinet quod subsistit, ad personas  
pertinet, quod proprius sibi una quæq; subsi-  
stit. Discipulos suos Paulus alloquitur dicens:  
Non subterfugio, quo minus annunciarē uobis,  
omne consilium dei. Attende uobis *V*erū uniuer-  
so gregi, in quo spiritus sanctus uos posuit epi-

10a. 14.  
1. cor. 2.  
10a. 15.

L I B E R . I .  
scopos, regere ecclesiā dei, quā acquisiuit sa-  
guine suo. Quam dilucide personis suis tota  
trinitas designatur. Consilium dei patris à-  
nūciat, episcopos a spiritu sancto ordina-  
tos esse confirmat, deū et Christū cuius san-  
guine ecclesia sit acquisita demonstrat. Ad  
Romanos et trinitas sub nominū proprietate <sup>Rom. 2.</sup>  
digerit: Quod si spiritus eius, qui suscitauit  
Iesū, habitat in uobis, qui suscitauit Iesū a  
mortuis, uiuificabit et mortalia corpora ue-  
stra, propter inhabitantem spiritum eius in uo-  
bis. Pater suscitat, filius suscitat: Et propter  
inhabitantem spiritum resuscitandis mortalium  
corporibus uita promittit. Et in consequenti-  
bus autem non est in carne, sed in spiritu.  
Si tamen spiritus dei habitat in uobis. Si quis  
autem spiritum Christi nō habet, hic non est e-  
ius, dum dicit spiritum dei, *V*erū in consequente  
spiritum Christi, aduerte, quia hic personam  
Christi sub dei appellatione designat. Aut  
si hic patrē cuius spiritus sit, sub dei nūcu-  
patione significat, ecce hic spiritus sanctus  
per unitatem substancialē, *V*erū patris, et filij esse  
spiritus declaratur. Et merito procedere ex  
c. iiii.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
utroq; dinoscitur, V in vinculo trinitatis dis-  
tincta habere personam perspicit, et qui spi-  
ritus sanctus non habet, nec christus habere mo-  
strat. Deus itaq; est spiritus sanctus, quo ne-  
gato, negatur et christus; qui dicit: nemo uen-  
it ad patrem nisi per me. qui spiritus sancto  
uacuus est; christi non est, V perdit viam, qua  
peruenit: ad patrem.

Dei proprium esse, ut sacrifices crea-  
turam.

Cap. XCII.

1. Cor. 8.

**A**D CORINTHIOS prima epistola. Et hæc  
quidem fuitis, sed ablati estis, sed in-  
stificati estis, in nomine domini nostri Iesu  
christi, et in spiritu dei nostri. Ecce et hic  
sub dei nostri id est sub patris commemora-  
tione, spiritus sanctus corinthiis fideles chri-  
sto cooperante sanctificat. Sanctificare nulli  
la creatura alia penitus potest. Largitio sa-  
cramentationis, munificencia solius est maiesta-  
tis. Quo loco in nomine Iesu christi, et in spi-  
ritu dei nostri, tres agnoscere personas. Ad co-

L I B E R . I.

- vinthios secunda: Gratia domini nostri Ihesu ~ cor. u.s.  
christi, et charitas dei, V comunicatio sancti  
spiritus sit semper cum omnibus uobis. Gratia  
christi, charitas dei, communicatio sancti spi-  
ritus, tres personas euidenter expressit. Itē  
ad corinthios secundo. Qui autem confirmat nos,  
uobiscum in christo, V qui uocat nos deus, et  
qui signauit, et dedit nobis pignus spiritus ~ cor. i.  
in cordibus nostris. Unde in operibus unitate  
individua trinitatis confirmat, et signat nos  
proprie per christum, et daturus seipsum, dat  
iam in presenti pignus spiritus sanctus. In ter-  
renis negotijs arne quantitas, contraceccus illi-  
us pro quo intercesserit, quedam porcio est, pi-  
gnoris uero ratio, meritum rei pro qua depo-  
ni uidetur excedit. Hic uero maiestati pi-  
gnus suum: quia nescit præferri, neceesse est  
exæquari. Neque enim perfecta trascendit.  
Pro se ergo pater spiritus sancti pignus in-  
dulget. Nil itaq; in spiritu sancto semper  
uel semiplenum super plenum, plenum purum,  
quia plenitudini comparatur. Nam qui ad  
uicem dei pignoris loco tribuit, fas non est,  
ut aliud quam deus esse credat. Ite ad titulum: tie. 9.

P A S C A S I I D E S P I R I T U . S.  
 saluos nos fecit per lavacrum regenerationis,  
 & renovationis spiritus sancti, quem effu-  
 dit in nos abunde per Ihesum christum. Ecce  
 et hic sub trinitate manifeste pater perfec-  
 tius abundantiam spiritus sancti effudit. Gequid  
 maxime aduerterendum est, ipsi sancto spiritui  
 potentiam regenerationis et renovationis a-  
 scribit. Petrus quoque in epistola sua insepa-  
 rabilem personis explicat trinitatem dicens:  
 Secundum praestantiam dei patris et sacrificia-  
 tionem spiritus, in obedientia et aspersione  
 sanguinis Ihesu christi, gratia uobis, et pacem  
 multiplicetur. In presencia pater, in sanctifi-  
 catione spiritus, in aspersione sanguinis;  
 Christus ostenditur.

Localem non esse spiritum sanctum.  
 Cap. xxii.

D Eum spiritum sanctum ex suis uirtutis  
 bus et operibus demonstremus. Ois  
 creatura sicut temporis initij subiacet; ita  
 localis esse certis spacijs et finibus circumscri-  
 pta cognoscitur. Spiritus sanctus nullis ter-

## L I B R . I.

minis tamquam factura concluditur, deus ne-  
 cessiter est, pro ipsa libertate diffusa maiesta-  
 tis habeatur. Domini salvatoris ad apostolos:  
 uocis est: Dabit uobis pater (inquit) spiri-  
 tu ueritatis, qui uobiscum sit in aeternum. Silo-  
 calis est, et perpetuo in illis manebat, utique  
 alibi esse non poterat. Videamus si eius na-  
 tura localibus sit determinanda limitibus.  
 Ait apostolis domini: Accipietis uirum spiritu  
 s sancti superuenientis in uos, et eritis mi-  
 hi testes in Hierusalem, et in omni iudea;  
 et Samaria, et usq; ad ultimum terrae. Post  
 cuius ascensionem uenit spiritus sanctus sup-  
 eos, et apparuerit illis disparate linguae  
 tamquam ignis, sed etiam supra singulos eorum. Vi-  
 deamus quare primitus diversarum donantur  
 Linguis benedictiones. nimil ut idonei ef-  
 ficerentur fidelium eruditione populorum. Qui  
 uero in singulos sedisse memoratur, id cause  
 est ut intelligatur per plures non fuisse di-  
 uisus, mansisse in singulis totus, sed sicut in  
 eri ignibus mose est, hanc enim, ut nouimus,  
 habet naturam ignis accessus, ut quamvis ad  
 eum, quanti ad crinem purpurei splendoris

## PASCASII DE SPIRITU S.

aspecerint, tantis usū sua lucis impariat,  
tantis ministeriū sui munera tribuat, vñ  
nilominus in sui integritate permaneat; ita  
sanceti spiritus uirtus quantumlibet effluat,  
quātūlibet in plurimos gratia diuinæ largi-  
tatis excubere; sicut nullā probatur recipere  
mēsurā, ita nullā sentit expectā. A duerte  
deū eoc operū dignitate. Apostoli pleni spiri-  
tu sancto per omnē mūdū thesauros salutis  
erogatur, coeleste hoc munus in se circūferūt,  
in alios manibus impositionis transferūt. Acci-  
pientis sine damno agitur largientis. Credē-  
tibus totus traditur, vñ totus a tradentibus  
possidetur; infusione eius uniuersus orbis im-  
pleteur sine attenuatione dilataatur, sine di-  
uisione dispergitur. In illa specialiter sacra-  
tissima regenerationis nocte, ab oriente in  
occidentem, à solis ore uisq; ad occasū, ab  
aquinone, et mari, ubiq; idem spiritus, unus,  
et plenus operatur, per omnia præsens esse  
inuocatione creditur, benedictione sentit:  
innumeræ multitudines uno baptismo di-  
luitur, vñ ut dicit apostolus uno spiritu  
detantur, in unū adoptantis gremiū renas-

+

## LIBERT.

cūtur. Et ideo dicit deus: In diebus illis ef-  
fundā de spiritu meo super omnē carnē. Ad-  
uerte quod dicit: effundā de spiritu meo, et  
non dicit: effundā spiritū meū, id est, tan-  
tum de eo quanta posse mundus accipere dis-  
pensando. Vides quod à patre egreditur;  
nec tamen à patre separatur, emittitur, vñ  
nō amittitur, effunditur, et nō retinetur, et in  
eo quod effundi legitur, magnitudo plenitu-  
dinis declaratur. Liber genescos sacri uolu-  
minis testatur exordio. Spiritus autē dñi  
ferebatur super aquas, ferebatur inquit su-  
per aquas, sermo ipse abūdatiā uniuersa cō-  
plentis, et eminētiā uideat: assignare dominā-  
tis. Propriā quoq; hāc eius magnificētiā, nul-  
lis locoq; spacijs circūscriptam pari atesta-  
tione concelebrat dicens: Quo ibo à spiritu  
tuo, hoc est, ubi me abscondā à conspectu ei⁹  
quem præsto esse per omnia, id est, intra ex-  
traq; non ambigo, cuius oculū abyssos pene-  
trantē, intra secreta mei pectoris reformido,  
cuius præsentia uniuersa quæ condidit sub-  
iacere cognosco? De quo quia ignis cōsumē  
est, dictum euidenter intellige, nec est qui

Gen. i.

2sal. 138.

Psalm. 18.

## LIBER. I.

se abscondit a calore eius. Cuius ineffabilis magnitudo profunda inferorū. Diffusa fluctuū, ecclēta terrazō, ecclēta cœlorū, interā, implet, eccedit. Mitti à patre, et filio dicier, vñ de ipsoꝝ substantia procedere, et unī cū eiꝝ opus agere dinoscitꝝ. Et proprieatā filii de eo dicit. Paracletus qui a patre procedit.

Non dicit qui a patre creatus est, sed a pa-

tre procedit, id est, de paternae societate potē-

tia, vñ de proprietate naturæ. Sed ex ipso ser-

mone, cum dicatur à patre procedere, offēditꝝ

cū patre inīciū nō habere. Quid est aut̄, quod

eoc deo patre nasci filius, dicit; vñ spiritus

sācetus procedere significatꝝ. Si requiras, qd

inter naſcētē et procedētē dīset, cui dēter hoc

interest, quia iste ex uno nascitꝝ, ille ex utero-

q; progrederit. Quia ergo spiritus sācetus à pa-

tre procedit, tria in eo priuilegia deitatis

ostendit, id est, ut in persona sua subsistere,

et sine ullo temporis spacio permanere, vñ

omnino ex substantia patris probet̄ ecclēsa-

re. Dum ergo procedere cōmemoratur, ipsa

proprieatā sermonis, nullis tēpox Legibꝝ

circūscribi, sed initio et fine carere cognosci-

Jo. 14.  
gen. 11.

"ē"

Act. 9.

1. Co. 1.

Psalm. 45.

Jo. 7.

Jo. 15.

Exod. 3.

PASCASI DE SPIRITU. S.  
a  
se abscondit a calore eius. Cuius ineffabilis magnitudo profunda inferorū. Diffusa fluctuū, ecclēta terrazō, ecclēta cœlorū, interā, implet, eccedit. Mitti à patre, et filio dicier, vñ de ipsoꝝ substantia procedere, et unī cū eiꝝ opus agere dinoscitꝝ. Et proprieatā filii de eo dicit. Paracletus qui a patre procedit. Non dicit qui a patre creatus est, sed a pa- tre procedit, id est, de paternae societate potē- tia, vñ de proprietate naturæ. Sed ex ipso ser- mone, cum dicatur à patre procedere, offēditꝝ cū patre inīciū nō habere. Quid est aut̄, quod eoc deo patre nasci filius, dicit; vñ spiritus sācetus procedere significatꝝ. Si requiras, qd inter naſcētē et procedētē dīset, cui dēter hoc interest, quia iste ex uno nascitꝝ, ille ex utero- q; progrederit. Quia ergo spiritus sācetus à pa- tre procedit, tria in eo priuilegia deitatis

PASCASII DE SPIRITU. S. I. I.  
modo inter haec eum localem quisquam pra-  
sumit afferere creaturam, qui infinitæ  
multitudinis implere probatur ecclesiâ?  
ut et ad ipsius pertinere manifestum sit qd;  
apostolus dicit: Pater misericordiarum, qd;  
deus totius consolationis! Habemus in  
psalmo: Fluminis impetus laetificat ciui-  
tatem dei. Quis est iste fluminis impetus,  
nisi ille nimirū de quo dicit dñs per Ioā-  
nem. Qui credit in me, flumina de uentre  
eius fluent aquæ uiua! Hoc dicit dñs  
Ihesus de spiritu quem accepturi erat cre-  
dentes in eum. Vide magnificètâ maiesta-  
tis. Sic in terris tribuitur ecclesiæ dei, ut  
tamen in cœli laetificet ciuitatem dei. Ci-  
uitatem dei, id est, regnum coelestium ciues,  
superna militie populos, principatus pote-  
states ac dominationes, ineffabilibus gau-  
dijs pro conscientia æternæ beatitudinis  
irrigat, ubertate laetitia eundanti-  
us inebriat; concentum cœli in exultati-  
one torrente sue sanctificationis excu-  
scitat. Si haec tanta per aliquam creaturâ  
donari opineris, Diuinæ potentiae pro-

prium nihil relinquis. Si haec inquam  
per aliquam existimas cre-  
aturam, in angelos  
v Archagelos  
tendis iniu-  
am, quibus  
tata et ta-  
lia tribui  
percosseri  
existimas  
Largitionem.

FINIS.

SYLLABVS EORVM  
qua secundo libro conti-  
nentur.

1. Quod nulla creatura rationabilis, cognata creature posse infundi.
2. Utrum iusta imperitor opinionem, spiritus sanctus sicut filius incarnatus sit, quia et ipse in Mariam superuenit, auctorum filius de virgine natus sit.
3. Obiectio Macedonij, qua impie spiritu sanctu excellentiorem assertur creaturam.
4. Macedonius dualitatem afferet, spiritu sanctum negat propriam habere personam.
5. Obiectio quod sermo ille quem legimus: nisi quis renatus fuerit eoc aqua et spiritu sancto, aquam parere et spiritu sanctum, eo quod simul commemoratur, creaturam esse testatur.
6. Ubi queritur utrum spiritus sancti appellatio cognomen paretur an non.
7. Quia spiritus sanctus prophetas specialiter implere, et deus credi parere, et uocari euidentibus testimonij approbetur.
8. Ubi templum dei, templum esse spiritus sancti demonstratur.
9. Ubi contra Nouatianos deus gentibus

penitentiam ad uitam dedit, quia utiq; deus spiritus sanctus esse per ipsum ordinem lectionis ostenditur.

10. Ubi ad corinthios prima, spiritus sanctus deus esse, virtutib; distributionibus declaratur.
11. Aduertendum quod sicut unum dicunt, ita unum dicit spiritu sanctu, quod de plebeia creatura, vel quod dividat singulis prout uole, dici nullo modo possit.
12. Ubi eos qui spiritus sancti templu effecti sunt, ita dicit proficere debere, ut deum portare in corpore mereantur.

D. g.

PASCASII DE SPI.  
RITV SANCTO LI.  
BER SECVDVS.

Quia nulla creatura rationalis cognata  
creatura possit infundi.

Caput primū.

**L**e gimus de profusa effusione spiritus sancti; Ihesus autem plenus spiritu sancto regressus est ab Iordanе. Quis ergo nisi qui eiusdem estes plenitudinis, implete omnia possit implere. De apostolis refert sermo diuinus. Et repleti sunt omnes spiritu sancto. Et loquebantur uerbum dei cum fiducia. Vnde paulo post. Quoniam et in nationes integras implere perhibetur, et in ecohaustris atque in se plenus permanere dinoscitur. Si creatus est spiritus, de quo unquam angelo vel archangelo Lectus est, quod se

LIBER. II.

cuiquam animae intrinsecus susceptus infuderit? Dic mihi, si unquam ex creaturis ullam segeris potestarem atque uirtutem, quae multos simul implete atque possideat, et quod magis est, indiminuta atque diuisa permaneat. Impossibile est, ut spiritualis ac rationalis creatura, cognata sibi naturae unquam ualeat infundi. Itaque res materialis, materialis nescit penetrare subiectum. Solus deus in quo intelligitur, et spiritus sanctus, simplex, subtilis, purus, in facturam uel angelicam uel humanae uirtute incorpoream diuinitatis illabitur, que sola sui operis penetratio, occulta humani cordis ingreditur. Quilibet autem creatura coelestis, in tantum infundere uel implere hominem non potest, ut abdita cogitationis humanae scire possit. Et ideo de solo deo Legimus: Qui solus nosti corda hominum. Et iterum: Ipse enim noctis occulta cordis. Si enim hominis occulta cognoscere diuinitatis est proprium, quanto magis scrutari profunda dei summi in persona spiritus sancti, maiestatis insigne est.

Pr. 6.  
2 sal. 43.

d. iij.

## PASCASII DE SPIRITU S.

conscientiam possit intrare secreta. Anima  
 uero anima, aut angelus angelo coniungi  
 potest, infundi non potest, quia huiusmodi  
 creaturem genera, tantum spiritus sancti, id  
 est, solius dei capacia sunt, quia filii sui ua  
 sa sunt, ab illo solo impleri possunt, a quo de  
 nihilo factas sunt, et sine quo vacua esse senti  
 untur. Itaque substantia animae ut pote corpo  
 ralis materia, alijs rationali creature peni  
 tus nescit infundi. Crabitudini enim exte  
 rioris hominis comparata anima incorporea  
 dicit potest, ad aucthorē uero relata, cui com  
 prehensibilis est materia sua, ex factura  
 sua palpabili; a quo intra corpus includi  
 et colligari, atque igni perpetuo mancipari  
 potest. sicut legimus, ut eant in ignem æter  
 nū: qui paratus est diabolo ex angelis eius.  
 Huic indubitanter aucthori, perfectoris in  
 re corpora est. Sed forsitan dicit: Manife  
 stū est, se et dæmoni importuna uiolentia,  
 in homines quos tentando acceperat, frequē  
 ter infundat. Non ita est: Nam corporis la  
 tebras intrare possunt, anima uero interiora  
 adire non possunt. Scindū ergo est quod

Math. 25.

+

## LIBER . II.

spiritualium nequiciarū dolosa subtilitas;  
 illa mēbrore loca, suo turbat incursu, que  
 interdum uino nimio, uel febrifero faciat  
 accensu. In anima itaq; sensus inimica ten  
 tatio per malitiam scit irrepere, in anima ue  
 ro recepus per naturā nescit influere. Et id  
 eo huiusmodi spiritus imūdos humanæ mē  
 tes ac pectora non naturam infusione ca  
 piunt, sed uoluntatum prauitate conci  
 piunt. Manifestum itaq; est, quod pene  
 trare animas substantias nequeunt, qua  
 rū conscientias scire nō possunt. Quod si alii  
 quando dæmonibus nosce contigerit, de pro  
 ditione est conuenientia, non de potestate  
 nature. Sola ergo se diuina potentia, que  
 et in spiritu sancto est rationabilibus cre  
 aturis infusa et circumfusa permiscet. sicut  
 peculiariter in illo dominicī hominis corpo  
 re, ex Maria matre suscepto, gratia eccl  
 erante requieuit, sicut de se ipso filius di  
 cit: Spiritus domini super me. Si ergo spiri  
 tus sanctus factura subiecta est conditi  
 onis, ut dicunt, tā impossibile ē indignū deo  
 erat, ut creatura illa anima uel corpus im  
 Luc. 4.

D. iij.

## PASCASII DE SPIRITU. S.

+ pleret, in quo iam filius dei, id est deus inerat,  
in quo iam stis, ait apostolus, corporaliter  
plenitudo diuinitatis inhabitans; i creatu-  
ra est spiritus sanctus, quomodo potest cor-  
ruptio incorruptelam, ac maiestatis capacem  
fragilis conditio possidere? Si spiritus san-  
ctus unus est creatura ex plebe factura,  
quomodo creatura cum creatore, id est cu  
filio dei uelut exaequari, seruus cum dño  
unum in anima saluatoris presumitur hospi-  
tium, ut quasi in eo presentia sibi non suffi-  
ceret auctoris, famulus accedit ad cumulum  
sanctitatis? Nō ita est. Sed recognoscit so-  
ciū sibi templum, ecclēste collegium. Nec mi-  
rū, si in illā illustri, ut beati corporis anima  
filius, ut spiritus sanctus unū sortiuntur ha-  
bitaculū, quibus cōmune conseatur et coe-  
lum.

"uelut  
 Ut rū iuxta opinionē imperitorū, Spi-  
ritus sanctus sicut filius sit incar-  
natus, quod et ipse in Mariam  
superuenit. An tamen filius  
de virginē pcreatus sit?  
Caput. II.

## LIBER. II.

**S**E dicitur. Si spiritus sanctus in cor-  
pore et anima redemptorū habitauit,  
ergo et ipse spiritus incarnationē uidebitur  
suscepisse. Non ita est. Nam ante creationis  
initia à spiritu sancto Maria corpus imple-  
tur, vīnter initia creationis filius uirginis  
spiritu sancto cooperante concipitur, sed ad  
personam filij specialiter nouē mensibus pos-  
sidentur, et cum eodem in Lucem progressus  
infunditur, cuius utiqz temporis societatē  
intra secretum uteri uirginalis spiritus sā-  
cti persona non recipie, hominem ergo quē  
filius dei inter ipsa suscepit exordia, spiri-  
tus sanctus non susceptor, sed sanctificator  
intrauit. Ille enim nascitur, hic infunditur.  
De filio uirginis anima uel caro filij dei per-  
sonaliter et specialiter dici potest, spiritus  
sanctus uero anima uel caro nullo modo di-  
ci potest. In quo filius dei ideo deus gloriae  
dicetur crucificatus, pertulisse in eo nullo  
modo dici potest spiritus sanctus. Ergo di-  
uersitas est operum, non diversitas substā-  
tiay. Nam sicut dicere non possumus, quod

ris

suscepit

Mar. 3. ca. 17.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 uel pater descendit in specie columba;  
 uel in patris uoce filius sic locutus, quod  
 dicit. Hic est filius meus, ita spiritu sanctu  
 afferere non potes, uel natum ex uirgine,  
 uel in carne redemptoris specialiter conuer  
 satum, uel in ipsius passione crucifixum,  
 uel resurrectione in corpus reddith, ut ase  
 sione ad caelestia sublimatum. Operi et per  
 sonae filii assignari ista necessaria conuenit,  
 ascribi uero spiritui sancto, sicut uice ual  
 tatis unitate non conuenit. Inter haec asserit  
 Macedonius, creaturam esse spiritu sanctu.  
 Unde videtur incipiat, modo nihil uerbis su  
 is agere presumat, nec a sanctis paginae  
 disputatione transcendat, sed autoritatem  
 per omnia de testimonij si ualeat proferat,  
 que contra totius mundi fidem, et numero,  
 et uirtute perualeant. Magnis sine dubio  
 allegationibus, et copiosis, et ualde euiden  
 tibus opus est documentis. Ut quicq; illum  
 ex numero creaturarum unu esse conueniat,  
 que cu pater et filio eiusdem honoris et glo  
 riae uniuersa terrarum regna cocelebrae, que  
 catholica ecclasia creatoru suu in eodem rege-

pre=

LIBER. II.  
 -nerata cognoscit. Et recte quem eodem rege  
 -nerata cognoscit. Et recte quem reparatorem  
 suu perspicit, credere non cunctatur autore.

Obiectio Macedonij, qua impie spiritu  
 sanctum excellenter afferit crea  
 turam. Cap. III.

Creaturam (inquit) dico, sed excel  
 lentiorem omnibus creaturis. Prelo  
 cuti sumus, ut actionem nostram non persu  
 asionibus propriis, sed catholicis deponamus  
 oraculis. De deo igitur tractantibus nobis,  
 Prophet. Apostolus, Euangelista respodeat.  
 Creaturam dicens excellenter omnibus cre  
 turis. Ostende in quibus libris de spiritu sa  
 cco uerba legeri. Non opinor in ueteribus, non  
 in nouis decebis? Cu ergo proferre non ualeas,  
 dum tua non excipias, nostra confirmamus.  
 Dum creaturam non approbas, etiam nobista  
 centibus creatorem esse demonstras. Itaq; cu  
 hoc afferes tua ad catholicu sensu, cu oino  
 ad christianu non pereireat insciens, diabo  
 li agnosce commentu, qui anima donu, ubi spu

cofirmas

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 sancto uacuum uiderit, quasi conuarijs ho-  
 spitiibus neguitiae se performis inuadit. Qui  
 enim illum excludit, hunc recipit. In illo  
 fuit ita excellensior creatura, qui in cœle-  
 sti claritate præfugens, numeris conscius,  
 auctoris ignarus, habere se uidit, accepisse  
 nescire. Et ideo gloriam quam beatus non in-  
 tellexit, elatus amisit, ita dices: Ascendam  
 supra astra nubili, ponam super thronū so-  
 lium meū, et ero similis altissimo, hic ergo nul-  
 lum in creaturis superiorē se ut reor habu-  
 ie, nullū mediū inter se et deū uidit, in cuius  
 emulacione superbie stimulo cōcitat⁹ as-  
 surgeret. Ut ideo nullum ante se stare in or-  
 dine militiæ celestij aspiciens, ipsi rera do-  
 mino se a quare præsumpsit. Quod si illū excel-  
 lentiōrem se, maioris impatiens in coelesti  
 gaudio deprehendisset, illi se magis conser-  
 uel præferre tentaret. Duo sunt in cœlesti-  
 bus, qui regit, et qui reguntur, nullo in me-  
 dio horum tertium existit genus, quod secundis  
 manus, et sumis est in inferius. Excellensior  
 creatura de archangelis forsitan dicere po-  
 tes, sicut coeteris ordine magis præmineant,

*muneris*  
*nescientis*

## LIBER. II.

quam natura. Sed spiritū sanctū et archā-  
 gelī seruist, ex quibus unus quasi minister  
 adūcum eius beata Marīe nuncianit. Sed  
 dicit: Ecce ubi spiritum sanctum Amos pro-  
 pheta creaturam cūdenter assignat, ita di-  
 cens: Ecce ego firmans tonitruum, et creas  
 spiritū. Primū est quod interdū spiritus no- Amos. 4.  
 men nequaquam ad personam sanctificatis  
 spiritus referri potest, nisi adieceris aut spli-  
 ritū dei, aut spiritū sacerdū, aut spiritus ubi  
 uult spirat, id est, nisi adieceris aut operis;  
 aut proprij nominis dignitatem. Deinde si ad  
 ordinem respicias Lectionis, ista excellētiorē,  
 ut a steris creaturā, nimis despectā esse mon-  
 strauit. Nam eam post tonitruum creaturam  
 esse descripsit. Unde in sequētis fuit, ut iux-  
 ta sensu tuū, principale hoc opus dei, irratio-  
 nabilū postponere, aut sociare clemento. De  
 persona non dicam angeli; sed cuiuslibet iu-  
 sti, indignum hoc credi. Magis ergo hoc pro-  
 dicimū et amicū esse arbitremur rationi, si  
 post tonitrua, flabra intelligamus signifi- psal. 148.  
 cata uentorū, ut illud in psalmis: Spiritus pro- psal. 10.  
 cellarū qui faciūt uerbū eius, uel illud: Sulphur psal. 47.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 Spiritus procellaro, uel: spiritu uehementi  
 conteres naues tharsis. Diuersis modis spi-  
 ritus intelligitur, quando non cum priu-  
 legiis suis specialiter designatur. Sed omis-  
 sis his, interroga translationis hebraice ue-  
 ritatem, et ibi confusibilem persuasionis tue  
 deprehendes errorem. Iса cum illuc dicum  
 esse reperies, quia ecce ego formas montes, et  
 creas ueni. Vide quam nudis contra deum  
 uerbis, et quam inanibus credidisti. Vide  
 quā magno te argumēto contra potentiam  
 maiestatis armasti, et postilla non metuis  
 circa tam infirmū harere ramusculū, qui  
 in tam horrendū pendes abruptum.

Macedonius dualitatem afferēs, spi-  
 ritū sacerum negat propriā habere  
 personam. Cap. IIII.

D Einde dualitatem ineromittis, et di-  
 cis spiritū sacerū propriam nō habe-  
 re personam, nec amisiſe te sentis regene-  
 rationis gratiam, qui in regeneratione ter-  
 dis offendis, quem sibi in cōmune maiesta-

et  
huius

LIBER. II.

-tis et uirtutis unitum diuina ueritas pro-  
 testatur ita dicens: Ite inquit baptizari oēs te  
 gentes in nomine patris et filij et spiritus  
 sancti. In nomine inquit patris et filij et spi-  
 ritus sancti. Nominis singularitas unita-  
 tē loquitur, appellationum diuersitas tri-  
 nitatem. In nomine ergo unus, sed in perso-  
 narū distinctione, non unus. Quid est in tribū  
 unius nominis prærogativa, nisi deitatis  
 indiscreta concordia: fac gradum si potes,  
 ubi prater unū deo hoc ipsū attestante nihil  
 inuenis, Tres audis, ne unicātem Sabelliana  
 permisceat, et confundat impietas. Unde audis,  
 ne trinitatē diuidat Arriana peruersitas.  
 Spiritū sanctū audis, ut Macedoniuſ cōfodi-  
 at distincti nominis expreſſa proprietas. I-  
 tag, non creaturæ, sed creatoris incomuta-  
 bile opus agitur, ubi peccatoro abolitio, et  
 immunitas erogatur. In hoc tñ indiscrebi-  
 li maiestatis amplexu, in proprietate perso-  
 nae alter est pater, alter est filius, alter est  
 spiritus sanctus, sed in diuinitate nō aliud.  
 Qui utiq; si deus non esset, inacta pārē et  
 filiū personam propriam habere nō posset,

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 deniq; quando uerbum transiit in carnem, et  
 hominis habitu deus induit, et sit in circu-  
 litu eius tabernaculū eius, et splendorē suū  
 tenebris nostra fragilitatis involuit, et po-  
 nit tenebras latibulū sub dei quidē et homi-  
 nis duplēcē substantia est, sed tamen una  
 persona. Quamobrem? Quia dū formā serui  
 accipiens, famulo deus iungitur, minoris hu-  
 militas inter reverentiam maioris abscondit,  
 & superioris lumine cecinaniti consumit,  
 ac sic proprietatem personae humanitas di-  
 uinitate obliterat uel eminente non obtinet.  
 Ibi ergo potest esse personarū paritatis, ubi  
 meritorū ac dignitatum consistit aequalitas.  
 Et ideo spiritu sancti cū patre et filio, unū  
 maiestatis noueris possidere priuilegiū, quē  
 personae uides obtinere ius proprium. Quod  
 si aliquis opponat, et dicat. Si in christo deo  
 pariter et homine duas substantias dicim⁹,  
 quare non duas simili ratione credamus per-  
 sonas? Non ita est. Nam qui duas personas  
 in christo facie, impiebatem quaternitatis  
 introducit, quam penitus rex natura non  
 recipit. De duabus rationalibus, diuersisq;

LIBER. II.  
 substantijs, prasertim de dei et hominis, de  
 creatoris et creature una fieri non potest;  
 deducimus vero personis, una fieri potest, si-  
 cut legimus caput et corpus, christū et ecclē-  
 siam unā tenere personam. Erunt enim (nisi  
 quis) duo in carne una. Et sicut apud nos ho-  
 mines filius patris familias iuxta patrem,  
 uel seruus iuxta dominū, personæ propria  
 locum non habet, ita in deo et homine, gemi-  
 na quidem substantia, sed non gemina perso-  
 na est, quia persona personā consumere pot,  
 substantia uero substantiā consumere nō potest.  
 Si quidem persona res iuri⁹ est, substantia res  
 naturæ. Hoc loco necessariū uiderit, ut in chri-  
 sto domino pariter et hominis unā personam,  
 et duas substantias testimonij asseramus.  
 Da unam redēptoris dei hominisq; personā.  
 Apostolus dicit: Si enim cognouissent sapien-  
 tiam dei, nūq; dominū gloria crucifixiſſent.  
 Si requiris, quomodo inviolabilis potuerit pa-  
 tri, et incōprehēnsibili⁹ crucifixi, personæ uni-  
 tas facit, ut quod homo pertulit, deus pertu-  
 lisse credatur. Item cum euangelista cōme-  
 morat. Nemo ascendit nisi qui descendit de  
 E.

1. co. 2.

10. 3.

matt. 25.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 caelo, filius hominis, qui est in caelo, quomo-  
 do hic filius hominis ante passionis uel resur-  
 rectionis siue ascensionis diem dicit, et de  
 caelo aperie descendisse, et in caelestibus per-  
 manere, nisi hoc per unitatem persona ra-  
 tio ueritatis absoluat? Sicut alio loco, capi-  
 tis et corporis socias persona, cum legitur:  
 Esuriui enim, et dedisti mihi manducare.  
 Sitius, et dedisti mihi bibere. Quid autem per-  
 sonae unitas? Homo pascitur, et deus refici-  
 tur. Pes componetur, et caput fomentum se  
 sentire testatur. Dicit ergo: Nunquam dominum  
 glorie crucificissente. Et e diverso. Nemo ar-  
 scendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, fi-  
 lius hominis qui est in caelo. Vide quomodo per  
 unitatem persona humana diuinitas, et huma-  
 nis diuina misceantur! Deus crucifigitur, et  
 homo de caelo descendere, et in caelo perma-  
 nere memoratur. Quia cum ita sint, perspicia-  
 mus de sacris uoluminibus gemina substantiae  
 distinctionem. Ait itaque beatus Moyses. Ca-  
 put cum pedibus comedetur, et intestina ei usde-  
 uorabitur. In pedibus humanitate, et in capi-  
 te credamus maiestatem. Ista fit ut dum haec

agit

+

E. 20. 12.

## LIBER. II.

intra littera latet, fide perscrutante cognos-  
 scimus, ignis intestina, id est, mysteriorum occul-  
 et sumamus. Scrutandi enim studi, auicida-  
 tas intelligitur deuorandi. Sicut et alio loco  
 duplicitis substantiae absolutione, id est sacra-  
 mentorum reuelator insinuat dicens: Culpes for-  
 matas habent. Vultuores caeli nidos, filius au-  
 te hominis non habet ubi caput suum reclinat.  
 Hoc est dolosa heres et tenebrora uel ac-  
 rie potestates, sedem sibi in peccatoribus hu-  
 manis profunda damnatione posuerunt, me uer-  
 ero in fideliu corda qui hominem in carne con-  
 spicuit, deum inera hominem latere non credunt,  
 tuncas enim et nidos non transitoria et momen-  
 tanea designata habitacula, sed diuina et  
 secura possessione fundata, qua serpentina  
 ultiorum multipliciter uerimenta. Apostolus  
 enim duas substantias euidenter remota sa-  
 cramenti obscuritate digestae, ita dicens. Pa-  
 tres nostri ex quibus christus secundum car-  
 nem, qui est super omnia deus benedictus in se-  
 cula. Sed dicit apostolus duas tantum perros-  
 nas in operu suo volumine confiectur, sicut  
 ad corinthios loquitur. Paulus uocatus aptus

Matth. 5.  
Luc. 9.

E. j.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 Ihesu christi per voluntatem dei. Et ad gala-  
 thas paulus apostolus non ab hominibus, ne-  
 quia per hominem, sed per Ihesum christum, et de-  
 um patrem: qui suscitavit eum a mortuis. Et  
 iste vero, unus deus pater eorum quo omnia, et nos? i  
 ipso, et unus dominus Ihesus christus, per  
 quem oiam, et nos per ipsum. Secundum haec di-  
 cis nullam de spiritu sancto fieri mentionem.  
 Ut breuiter dicamus, obliquis est quod aptus  
 spiritu sancto plenus, haec apertus ipso inspira-  
 te, de patre filioq; prædicabat. Loquens igit  
 de patris ac filii operatione, dicit ille non debeat,  
 qui loquenda dictabat, secundum illud: Nemo di-  
 cit dominus Ihesus, nisi in spiritu sancto. Qui  
 ergo crediturus uel confessurus, uel prædica-  
 turus est christum, uides quod ante in se ha-  
 biturus est spiritu sanctu. Non ergo honores  
 fidem tuam, quod interdum sine commemoratione  
 spiritus sancti, patris mentio habetur ac filii.  
 Nam sepe suppresso patris nomine, filii et spi-  
 ritus sancti operatio predicas: Ait sanctus  
 Ananias ad paulum: Saulus frater, dominus  
 misit me Ihesus, qui aperuit tibi in via qua  
 ueniebas, ut uideas, et replearis spiritu sancto.

apparuit  
A.C. 9.

LIBER. II.  
 Aperte hic duaro est connexio personarum.  
 Ecce paulus a christo cæcatus arguitur, a  
 spiritu sancto illuminatus implexus, et nul-  
 la hic patris mensio inseritur. Itē cū paulus  
 quosdam ex discipulis interrogaret, in quo  
 baptizati estis, quos post ascensionem domini in  
 baptismate joannis baptizatos esse cœtabat,  
 post prædicatum baptismata trinitatis, cum et  
 illud mysterium quo joannes baptizare consue-  
 rat, id est, in eum qui uenerus est, in eorum baptis-  
 mo probarent omisum, dicit paulo apollo: joā-  
 nes quidem baptizauit, sed in eum qui uenerus  
 est, hoc est dicere, non ita baptizati estis. Nos  
 cum interrogaret paulus. Si spiritu sanctu  
 accipistis credentes, qui usque post baptismum  
 saluatoris per impositionem manus recte bap-  
 tizatis fuerat certos. At illi responderunt:  
 Neque si spiritus est, audiuiimus. His auditis  
 baptizati sunt in nomine domini Ihesu.  
 Et cum imposuisset illis manus paulus, uen-  
 tie super eos spiritus sanctus, et loquebar-  
 linguis, et prophetabant. Adverte qui cu  
 baptizantur in nomine domini Ihesu, post  
 ea accipiunt spiritu sanctu, et propheticam

E. ij.

P A S C A S I I D E S P I R I T U . S.  
 ecce paracleti inuocatione uirtute. Vere de-  
 us est, qui post dei donum plenitudini im-  
 pone augmentū. Ecce duabus personis in ba-  
 peismo significatis, pater inuocatus esse nō  
 legitur, sed tantū ut credi oportet cum filio,  
 et spiritu sancto unitate potestatis et deita-  
 tis operatur, quē abfuisse sacra lectio non  
 negauit. Cū uenisse spiritus sanctus super  
 eos, tūc loquebantur linguis, et propheta-  
 bant. Vide quanta potentia sit spiritus sā-  
 cti. In baptismo peccatorum abremissa dona-  
 tur, in aduentu spiritus sancti uirutū mune-  
 ra conferuntur, et dicitur confirmatis, signo mira-  
 cula celebrantur. Solent enim ueritatis a-  
 lieni, et de syllabis calumniari. Nam cū de  
 trinitate dicuum absolute nouerimus, quo-  
 niā ecce ipsorum omnia, plus est ecce ipso q̄  
 per ipsum, et iē prepositionē hāc, id est,  
 per maioris prærogatiū est aſterū q̄ in  
 ipso. Sed si in ipso de spiritu sancto cum di-  
 minuzione potestatis dicū arbitrantur, a-  
 udiant præpositionis huius magnificētia,  
 v̄ accipiāt, quia et secundū ipso aſertio-  
 nē de spiritu sancto intellegendū est. In ipso

R. 11.

R. et ipso, et ipso

L I B E R . II. (inquit) uiuimus, mouemur, et sumus. Et ac. iii.  
 merito in ipso uiuimus, mouemur, et sumus,  
 in quo reparati, et regenerati sumus. Sed  
 et per ipsū ē ad spiritū sanctū referēdū  
 esse agnoscimus, sicut habes. Alij quidē p̄  
 spiritum dat: sermo sapientie, alijs sermo  
 scientie. Iē ad hebreos: Qui per spiritū sā-  
 ctem semet ipsū obtulit, immaculatū deo. v̄ cu. ii.  
 ite p̄ charitas dei diffusa est in cordib⁹ nos-  
 tris per spiritū sanctū qui datus est nobis.  
 Nam si et de patre intelligamus, ecce ipso, v̄ 104. 3.  
 ecce spū sancto dicū similiter inuenimus. Si-  
 cut in joānis euāgelio habemus: Quod natū  
 est ecce carne, caro est, et quod natū est ecce  
 spiritu, spiritus est. Et in coēlūsū capitu- ac. ii.  
 lū: Sic est omnis qui natus est ecce spiritu. Sic  
 ergo nō præjudicat spiritui sancto, cū suppre-  
 so eius nomine patris ac filij opera cōmō-  
 ranteur, sicut pater et filius nō negantur, quā-  
 do specialiter spiritus sanctus opus ac uir-  
 tus aſterior, sicut Legimus in actibus apo-  
 stoloro: vos baptizabimini spiritu sancto  
 nō post multos hos dies. Sicut et in euāgelio  
 de singulari persona spiritus sancti cōtinetur.  
 E. iii.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 10.3.  
 Nisi quis renasceretur ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei.  
 Nunquid hoc loco pater est filius, quia minime nominantur, tanto ac tam diuinorum numeri defuisse credent? Non ita est. Nam absq; dubio dum sancto spiritu cum quo eis una substantia est, mysterijs, beneficijsq; iunguntur, ac si non commemoratione, unicata in pietatis, asq; operis praesecantur.

Obiectio quod sermo ille quem legimus.  
 Nisi quis renatus fuerit ex aqua,  
 et spiritu sancto, aqua pariter,  
 et spiritu sanctum creaturam  
 esse testatur.

Cap. V.

10a.3.

Sed dicit: In tantum creatura est spiritus sanctus, ut aqua elemetum, que hic primo loco atq; ordine ponitur, videat adiunceret secundum euangelicam, que superiorius commemorata est sententiam: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Manifestum

Liber. II.

est enim, qui hanc sequitur non solum diuinam in spiritu sancto posse esse, sed ipsa baptismi nescire rationem. Apostolus autem dicit: Si autem moreui sumus cum christo, creditimus quia simul et uiuimus cum christo. Quomodo autem postimus cum christo mori uel resurgere, si requiras adueree. Omnes qui cunq; sacro fonte submergimur, morem ea sepulchra redemptoris imitamur, sicut idem apostolus ait: An ignoras quia qui cunq; in christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus? Cosepulchri enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Sicut enim ille triduana morte sepulchro conditus fuit, ita et nos intra aqua, id est, inter cognata creatura sub tripla submersione depositi, dum descendimus sepelimur, dum emergimus suscitemur. Per aquam itaque celebratur imitatio sepulchra, per spiritum sanctum celebratur ueritas uita, et spes salutis eterna. Denique remouetur spiritus sancti invocatio, et videamus si quicquam aquae illius sola professe possit infusio. Creatura itaque est, qua sepiendi omittat officium, deus est qui imitari beneficium tribuit renascenti. Quem ergo persippi-

nom. 6.

nom. 9.

## LIBER. II.

- tase cognomen sit. Sed cognosce quia id  
quod apud homines nominis solemus adiun-  
gere, Dei nō cōdecet maiestati, in cuius no-  
mine quicquid est, nequaq; adiectum, sed  
sine dubio naturaliter sēp̄ternum est. Eti-  
am doctrina grāmatica alia nomina cōmu-  
nia, id est, appellativa voca, alia specialia,  
id est propria nuncupat. Videamus si in no-  
stris hoc loco aliquid simile inuenire possi-  
mus. Da in deo nomen speciale vel propriū,  
id est, pater et filius et spiritus sanctus. In  
tantum hæc propria sūt, ut nec de filio pa-  
ter dici posse, nec de patre facile legi spi-  
ritus sanctus, quem da propriū, ingenitus,  
ex utroq; procedens. Rursum da nomen ge-  
nerale atq; cōmune. Maiestas, immensitas,  
plenitudo, unus, solus, deus. Sed ch̄ audis u-  
nus, non hic numerus incohātr; sed perfectio  
in finita colligit. Quid est unus, nisi nomen  
incōmunicabile, quod nec posteriorē recipit,  
nec priorem? Quid est unus? nisi simplex  
incōposita et indivisa substantia? Quid est  
unus, nisi incōmunicabilis, et in aequalis, ac  
semper idem, qui nūq; a se possit esse diuersus?

PASCASII DE SPIRITU. S.  
psal. 103. *ecis reparacionis parentē, ipsū esse agnosce,  
et resurrectionis auctorem. De quo uaticina-  
tur, qd ad patrem propheta sic loquit: Emit-  
te spiritum tuū, et creabuntur, qd renoua-  
bis faciem terræ. Quid dicit in se aqua?  
qd spiritus sancti operationem!*

*Per aquam deduci ui-  
demur in tumu-  
lū, per spiri-  
tum sanctū  
præparari  
uidemur  
ad re-  
gnū.*

*Ubi queritur uerū spiritus sancti  
appellatio, cognomen puerū,  
an nomen.*

*Cap. VI.*

*S*ed inter haec requirendū credis, u-  
trū appellatio spiritus sancti, quē  
et deū neceſſe est nūcupari, nomen, an for-

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 Ac si cōmuni appellatio unitatē loquitur,  
 propria trinitatem. Cū ergo diceris, pater,  
 filius, spiritus sanctus, singuloy personas  
 pariter explicasti. Cū diceris, unus deus, cō-  
 munē trinitatis substantia, cōmune gloria  
 demonstrasti. Hic ergo sibi imperitiae noetem  
 erroris obsecrit, dum sub presso vocabulo  
 maiestatis, spiritū sanctū in eo tācū estimat  
 nomine, quod ei, ut dicimus, propriū est, ma-  
 gis q̄ quod ei cum patre filioq; cōmune est.

Quod spiritus sanctus prophetas spe-  
 ciāliter implere, et deus pariter  
 credi, et uocari, euīdētib⁹ testimonijs approbatur.

Cap. VII.

C Vm per Moysen, ac David, et Esaiā,  
 uel alios prophetas, specialiter spi-  
 ritus sanctus loquutus esse referat⁹; deum  
 Loquutū diuinā profissentur eloquia, sicut  
 in pentateuchon volumine frequentat⁹; lo-  
 quens est inquit dñs ad Moysen, dicens, sol-  
 licitus requiramus si specialiter spiritus

LIBER. II.  
 sacerdos in prophetis loquatur; habemus ut  
 prefati sumus, in actib⁹ apostoloro, Paulo  
 arguente Iudeos. Bene inquit spiritus san-  
 ctus per Esaiā loquutus est ad patres nřos:  
 Auditu audies, et nō intelligetis, Et in ea: A.c. ult.  
 dem lectione: Vivit fratres oportet impleri scri⁹ A.c. i.  
 pturā: quā prædicet spiritus sanctus per os  
 David. Et in epistola Petri Legimus: Nō enī  
 uolatate humana allata est aliquando pro-  
 phecia, sed spiritu sancto loquunt̄ sūt sancti  
 dei homines. Agnoscamus propheticā gratiā  
 euidenter ad potētiā sancti spiritus pertine-  
 re. Et de psalmo David ita ad hebreos legi-  
 mus. Quā prope r̄ sicue dicit spiritus sanctus:  
 Hodie si uocem eius audieritis. Et hinc apertis-  
 simē per David spiritu sanctū loquutū esse  
 testatur. Videamus aut̄ utq; deus sit iste q; Psal. 94.  
 quem oīs prophetia inspirata memorat⁹; Lu-  
 cas dominū deū afferit, qui loquutus est per  
 prophetas ita dicens. Benedic̄t̄ dñs deus  
 Israel, quia uisieauit et fecit redēptionem  
 plebis sua. Et adiicit: sicut loquutus est  
 per os sanctoꝝ: qui à seculo sūt prophetar̄  
 eius. Absolute spiritu sanctū qui prophetas  
 Luc. 2.

PASCASIL DE SPIRITU S.  
inspirauerat dominum et deum Israel es-  
se, euangelico celebratur oraculo. Et in  
subsequentibus Simeon spiritu sancto  
plenus, responsum inquit accepit a Spi-  
ritu sancto, non uisus se mortem, nisi pri-  
us uideret christum domini. Quo uiso, et  
in amplexum manibus assumpso, deum be-  
nedicxit, id est, a quo responsu accepisse  
uidebatur. Benedicxit deus, et dicit: Nunc  
dimittis domine seruum tuum, secundum uer-  
bum tuum in pace. Et absolute dominum deum  
uocat spiritu sanctu, cuius uerbo atq; res-  
ponso, quod christu uisurus esse accep-  
rat. Vides specialiter de spiritu sancto in-  
telligendum esse, cum dicatur in prophetis:  
Deus deus dominus loquutus est: Exau-  
diam quid loquatur in me dominus deus. Hic  
nomen istud, id est, domini, cuius uerbo atq;  
resposo, quod christu uisurus esse accep-  
rat. Vides specialiter de spiritu sancto  
intelligendum esse, cum dicatur in prophetis:  
deus deus dominus loquutus est. Exaudiam  
quid loquatur in me dominus deus. Hic nomen  
istud, id est, dominus deus ad spū santi,

Luc. 8.

Psal. 49.  
Psal. 87.

LIBER. II.  
qui loquens est in David noueris referen-  
du esse personam, aut cere in uno deo tri:  
um uoluntate, triū potentia, triū agnoscē  
substantiam, quia cū diocesis pater una p:  
sona intelligitur, cum diocesis Deus tota  
trinitas designatur, accipimus et in actib⁹  
apostoloro, quod indubieanter deus sit qui  
passiones christi praenesciavit per prophe-  
tas cū dicit: Deus autem qui praenesciavit  
per os omnium prophetarum, pati christum suum,  
implevit sic. Christum subi, id est, charis:  
mate sue uincionis infusum. Et iecro: Qui  
Loquutus est deus per os sanctorum suorum.  
Ideo sanctorum suorum, quia sanctificatio pro-  
prie ad spiritu sanctum pertinet. Legimus  
in Hieremias. Nonne caelū et terrā ego  
impleo, dicit dominus? quis est iste dominus,  
qui per Hieremiam caelū et terram implere  
se dicit, nisi spiritus sanctus, qui et ipsu  
Hieremiam uirtute propheticā, et spiri-  
tu ueritatis infudit? Sicut ergo per pro-  
pheticā dispensationē, ita etiā secunda  
gratiā nativitatis spiritui sancto, uel ma-  
xime uoluntas trinitatis assignat, sicut

Luc. 1.

Hie. 23.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
 dicit in Joanne: quod natu est e carne ca-  
 ro est. V quod natu est eoc spiritu spiri-  
 tus est. Et in alio loco potestas renouandi  
 hominis penes spiritu sanctu esse prescri-  
 bitur. T os autem baptizabimini spiritu  
 sancto no post multos hos dies. Et sicut  
 superius dicitur est. Nisi quis renatus fu-  
 rie ex aqua et spiritu sancto. Ead Timu.  
 Saluos (inquit) nos fecit per Iacobum re-  
 generationis, et renouationis spiritus sancti.  
 Videamus quis est iste, cuius filii per  
 gratiam adoptionis efficiuntur. Dedit ei's  
 (inquit) potestas filios dei fieri. Et iterum:  
 Qui no eoc sanguinibus, neq; eoc uoluntate  
 carnis, sed eoc deo nati sunt. Vides aptissi-  
 mamente quod iste spiritus sanctus in quo ren-  
 scimus. Deus est, cuius paternitate donamus.  
 Ipse hoc alio loco luce clarius assignat. Era  
 (inquit) ei's in patrem. V ipsi erunt mihi i'  
 filios et filias dicit dominus omnipotens. Merito  
 omnipotens, qui peccati chirographum  
 dele, qui uincula conscientiae relaxat, et  
 hominem in se credentes, corrupte nature  
 foeditatem dispoliat, et indumento innocetiae,

Jo. 3.

Act. 1.

Jo. 1.

Ti. 3.

signat

## LIBER. II.

decore iustitiae, stola i morealitatis excor-  
 nat, et filios suos in angelicu statu pia pa-  
 ternitatem conscribit. Nemo spiritu sanctu  
 creaturis existimet sociandum. Extra ser-  
 uitus est conditionem: qui aeterna potest  
 potest tribuere liberatem. Non enim inquit  
 apostolus accepisti spiritu servitutis iteru  
 in timore, sed accepisti spiritu adoptionis <sup>Rom. 8.</sup>  
 filiorum, V ipse spiritus testimoniu reddit  
 spiritui nostro, quod sumus filii dei. Indu-  
 bitanter deus est, qui per remissionem pecca-  
 torum filios dei facit. Uniuersa creatura de  
 angelorum atq; archangelorum, peccato constat  
 fuisse obnoxia: quorum tamen in deo obedi-  
 tiam, sollicitudinem, charitatem, transgressio-  
 rum ruina fiduciae, humilitatis, subiectonis,  
 stabilitatis, facta est confirmatio, fragilita-  
 tis agnitionis. Spiritus sanctus. Nisi pra omni-  
 bus liber esset; de servis liberos, facere non  
 posset. Nam si creatura esset, qualibet in  
 eo conferente gratia sanctitatis, remansis-  
 set in conscientia debitoris. Et ideo dicit:  
 Nemo potest donare peccata nisi solus deus.  
 Quicunq; ille est, eligat utrum uelit, aut spm

Mar. 2.  
Luc. 3.

F.

PASCASII DE SPIRITU S.  
sanctu peccata donantē confiteatur per  
omnia dēum, aut si per eum donari posse nō  
credit ueniam peccatoro, euacauit in se re-  
generationis beneficium, et baptismi sacramē-  
tū. Dei ergo solus est absoluere in neocā, re-  
dintegrande corrupta, expiare maculata. Et  
ideo ad eū consū nostra infirmitatis, et sue  
maiestatis, cum gemitu proclaimamus. Tibi  
soli peccauī domine, qui solus non teneris le-  
ge peccati, qui solus ab ea non actualiter, sed  
naturaliter alienus es, et ideo solus absolu-  
ere debitores potes, qui a debitib⁹ solus im-  
manis es. Qui quod habes non aliunde mutu-  
atus es, sed de tuo plenus es. Non enim prior  
quisquam dedit tibi, nec aliunde deriuatis  
uirentibus irrigaris, nec ecce alio aliquo in  
te facta transfiguratio est, sed ipse fons es flu-  
minis tui, et gloria tua, tua natura est, quae  
sicue nuntium nescit, sic nihil a priore su-  
cepit.

Obi templū dei templū esse sancti spi-  
ritus demonstratur.

Caput .VIII.

2 salm. 50.

Jo. 14.  
Ro. 8.

Lu. 17.  
Inicū

L I B R . 11.

**H**abitatorem cordis humani sacra  
eloquia proprie spiritū sanctū esse  
diffiniunt. Dabit (inquit) uobis pater aliū  
paracletum, ut maneat uobiscū in æternū.  
Et ad Romanos. Uinificabit es more alia cor-  
pora uestra propter inhabitatē spiritū eius  
in uobis. Et ideo de spiritu sacerdo cōscriptū  
recte intelligimus. Regnū dei intra uos est.  
Dei utiqz regnū sicut, qui ei parere merentur  
in templū dei utiqz, non creature. Audi p  
Apostoli habitatoris nostri uocem. Vos estis  
(inquit) templū dei, et spiritus dei habitat  
in uobis. Ge in alio loco. Sicut dicit deus; In-  
habitabo in illis, v in ambulabo, et ero illorū  
deus. Ecce ipse qui templū humani cor-  
dis inhabitat. Delū se esse pronuntiat Anani-  
as inter eos qui honorantes delū, de suis iu-  
stis laboribus uendebat substantias suas,  
et ponebat ante pedes apostoloro, deo uo-  
num promississe agnoscitur, et spiritui san-  
cto mentitus arguitur, sicut Peccus aptus A.E. 5.  
ait Anania cur tentauit sathanas cor tu-  
um, mentiri te spiritui sancto? Ge subsecut⁹

F. ii.

1. cor. 3.  
2. cor. 6.

PASCASII DE SPIRITU S.  
adiecit. Non es mentitus hominibus, sed  
deo. quid est hoc? In creatorē peccat, et i[n]  
scriptura peccatum eius attenuat, ut cū i[n]ua-  
ta impietatis sensum, creature reū esse con-  
stituat, et minori debitorem de consumelio  
maioris addicat! Non ita est. Manifesto pre-  
dictus est diuina potentia, ad quem sacrilegi  
refereatur offensa, de quo alio loco dicit, Qui  
autem blasphemauerit in spiritu sanctū,  
non habebit remissionem, neq[ue] in hoc seculo,  
neq[ue] in futuro, cū ergo transgressione tēca-  
uerit deū, felicitate dicitur spiritu sanctū.  
Quapropter spiritus sanctū, es dei una causa,  
unā gloriam, unā cognosce reverentiam.  
Et ideo eiusdēcimū sermone conclusit, Non es inquit mentitus  
hominibus, sed deo. Loquētus Petrus ad corne-  
liū, obsequuerat eucircuncisione fideles qui  
uenerāt cū Petro, quia et in nationes gra-  
tia spiritus sancti effusa est: Vides spiritu  
sanctū non de alieno, sed de proprio con-  
tulisse. Si requiras, quis sit iste qui gratia  
am dedit illis, deus, Hūc gratia Largitorē  
superius spiritu sanctū, hic deū speciatr

Math. 12.

Act. 10.

et

LIBER. II.  
declarauit. Illic proprio, h[ic] cōmuni noīe  
probatur iterata cōfessio, cū autē dicit, V[er]o  
in nationes gratia spiritus sancti effusa  
est, ipse natura deus est qui auctor est gra-  
tiae. Soli deo competit de suo, charismatum  
dona largiri, us et de eo apostolus discissimū  
deatur, abūdātius illis omnibus laborauit.  
Non ego autem, sed gratia dei meū. Meri-  
to deus pronuntiaet, qui dispensator est gra-  
tiae et salutis humānae. Et addidit Peterus,  
Quis ego eram qui possem prohibere deū? I[er]o. A[ct]u. 11.  
Ium utiq[ue] deū qui est in nationes, uel, corneliū  
imperium gratiae misericordiae effudit.

1. co. 15.

Ubi contra Novatianos deus p[ro]p[ter]ib[us]  
poenitentiā ad uitā dedit, qui utiq[ue]  
deus spiritus sanctus ē, per ordi-  
nem ipsum selectionis ostendit.  
Cap. IX.

A Duerte quomodo in persona sancti  
spiritus, qui subiecto corneliū, et soc-  
cios eius implevit, Dei nomen multiplici  
attestatione cōcelebratur. His audiatis inge

A[ct]u. 11.

F. ii.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
facuerūt, et gloriificauerūt dñi dicentes.  
Ergo et gentibus deus penitentiā ad uitā  
dedit. Quo loco cōtra nouatianos aduer-  
tendum est, quod penitentiā dare dicitur,  
quam utiq; non aliter nisi seruore suore ad-  
ministratione largitur, dū ergo dicit quis  
ego eram qui possem prohibere dñi. Et itaq;  
ergo deus gentibus penitentiā ad uitā dedit,  
quaē in tam manifestis rebus exceptāda est  
interpretatio, cui uel ignaro non satisfaci-  
at, uel incredulo in sancto spūs aduentu, to-  
tiens diuini nominis repetita confessio.

V BI AD CORINTHIOS  
prima. spiritus sanctus ēst  
virtutē distributionib⁹  
deus declaratur.  
Cap. x.

Heb. 2.

ACCipe ad corinthios, quod solū pos-  
sit pro aſterenda spiritus sancti di-  
uinitate ſufficere. Dicte per epistolam ad  
hebreos: Contestante deo signis et pote-  
tis et uarijs uirtutib⁹, et spiritus sancti

## LIBER. II.

distributionibus secundū suam uoluntatem.  
Interrogemus ip̄sū apostolum, utrū unus  
ex creaturis sit iste charismatum diſtri-  
butor. Habemus ad corinthios prima: No-  
rum uobis facio, quod nemo in spiritu dei cor. 12.  
loquēs, dicit anathema ihesu. Et nemo po-  
test dicere dominus ihesus, niſi in spiritu  
sancto. Adueret quomodo hic spiritu dei,  
spiritu sanctu ēſt, abſolutissime designa-  
tio, spiritu sancto, quē de superiori ſen-  
tencia, spiritu dei loqui proposuit. Perspicue-  
qua sequitur, quam manifeſte illū dñi es-  
dominū ēſt teſtant: Diuisiones inquit gra-  
tia, sīc idem autē spiritus: et diuisiones  
ministratiōnū ſuī, idem autē dominus: et  
diuisiones operationē ſuī, idem autē deus.  
Tāq; si beatus aptus de spiritu ſacri diu-  
niſare fuīſes conſuleus, euidenter de quo  
diſcerat idē spiritus, de eo addit: Idē deus,  
qui operatur omnia in omnibus. Operari oīa  
nō poſbet, ſi ēſt unu ex omnibus. Operari  
omnia nō poſbet, ſi ēſt unu ex omnibus;  
hic spiritu ſacrum tam in ſuo nomine, quā  
dño et deo, aut certe euidenter coſpreſsum,  
F. viij.

PASCASII DE SPIRITU. S.  
aut certe trinitati agnosce sociatū. Sed  
hic in dono divisionibus, magis sermo di-  
uinus spiritū sacerdi intelligitur designatus,  
quia superioris accipimus distributionū gra-  
tiam spiritui sancto speciali dispensatione  
competere. Quod uero dicit idem dominus,  
idem autem deus, in sequenti capitulo ad spi-  
ritū sanctū ostendit esse referendū dices. Alij  
quidē per spiritū datus sermo sapientia, alijs  
sermo scientia in eodem spiritū, alteri fides  
in eodem spiritu, alteri gratia sanitatis iuno  
spiritu, alijs operatio uirtutū, alijs propheticā,  
alijs discrecio spirituū, alijs genera lingua-  
rum, alijs interpretationē sermonū, hec autem  
omnia operatur unus atque idem spiritus, di-  
uidens singulis, prout uult. Multi subdūtur,  
sed coelestis est dñs, qui dona coelestia pro-  
pria uoluntate, et de potentia sua iure lar-  
gisur.

A diversedū quod sicut unū deum,  
ita unū dicit spiritū sanctū,  
quod de plebeia creatura,  
uel quod dividet singulis  
prout uult dici nullo

impariu  
treq,

LIBER. II.  
modo posse.  
Cap. xxi.

V Ides quod sicut unus pater, et unus  
filius, ita et unus spiritus sacerdos,  
sicut consequenter assignat: etenim in uno  
spiritu positi sumus. Hic si de plebe, ut de  
multitudine creature est, unus omnino  
dici non posse. Et cum hinc habeas, alteri (in-  
quit) datur fides in eodem spiritu, quis haec  
fides tribuat, idem ad Corinthios Aptus  
declarauit, dicens: Et unicuique sicut deus  
us dividit mensurā fideli. Vides quod indubi-  
tante hinc fidei demissore deū esse pronun-  
tiata. Licet in tā multispli cantorum munera  
Largitate, ipsa perse magnificentia operis  
potentia loquatur: authoris, tñ de eo ita co-  
clusit. Hic autem omnia operatur unus atque idem  
spiritus, dividens singulis prout uult. Si-  
cuit et alio loco: spiritus ubi uult spirat.  
Et iterò: Et spiritus sancti distributionibus  
secundū suā uoluntatem. Non hic ergo est  
subiectae ministeriorum servitutis, sed libe-  
ra arbitrii potestatis, atque in coelatum

No. 12.

10. 3.  
Hebr.

1. Co. 12.

A.E. 20.

Largitas

1. co. 12.

PASCASI DE SPIRITU S.  
bonorum distributionibus summa largitatis  
est exulta pietatis. Quod dicit et spiritus  
sancti distributionis est, iste distributor, id  
est, divisor, utrum deus sit, ad corinthios doc-  
cuit dices: Et divisiones operationum sunt,  
idem autem deus. Legimus in actibus aposto-  
li. At te dicit (inquit) uobis, et universo greci-  
gi, in quo uos spiritus sanctus posuit episco-  
pos regere ecclesiam dei. Hunc qui posuit  
episcopos in ecclesia ad corinthios uas ele-  
ctionis deum esse declarat, ita dices: Quosdam  
quidem posuit deus in ecclesia. Quid si non  
spiritus sanctus, cuius personae ostendit offici-  
um distributionis gratiarum, sicut coenam ser-  
mones subsequuntur? Posuit (inquit) deus in  
ecclesiam primum apostolos, secundo proph-  
etas; tertio doctores, deinde uirtutes, exco-  
de gratias curacionum opitulationes, gubern-  
nationes, genera Linguae. Quosdam (inquit)  
deus posuit in ecclesia. Quod hic deum de spi-  
ritu sancto dicceris, ipsa quae ad spiritum san-  
ctum pertinet dispensatio sanctificationis,  
virtutumque manifestat. Ipse enim propheta-  
rus ora locupletat, curacionum remedia dispen-

LIBER. II.

sat, charismata ornamenta multiplicat,  
quo in apolis infuente, deum illum universitatem  
esse, signora miracula, et Linguae diversa  
genera cecinerunt.

Obi eos qui spiritus sancti tem-  
pli effecti sunt, ita dicit profi-  
cere debere, ut deum portare  
in corpore mercantur.  
Cap. XII.

1. co. 6.

A It isaq. Apostolus ad corinthios: Nesci-  
atis quia corpora nostra templi sunt  
spiritus sancti? Templum spiritus sancti  
empli esse dei, praecedentia eiusdem egredi  
evidenter insinuant, cum dicit: An nescitis,  
quia templum dei es? V Spiritus sanctus  
habitat in uobis? Et spiritus (inquit) dei  
habitat in uobis. Quis illos dubitet eius dei  
esse templi, cuins esse probantur habitacu-  
lum! Et cum dicas est: Nescitis quia corpora  
natura templi est spissi sancti, ita capitulo su-  
culante ueritate conclusit. Glorificate (inquit)  
et portate deum in corpore uro. Ergo qui

PASCASII DE SPV. S. LIBER. II.  
spiritui sancto studiosa puritatis tem-  
plu preparare in corde, per castitatem et mor-  
tificationem carnis deum portare in corpore.  
Eum necesse est corporaliter portare a quo  
spiritualiter possidemur. Quapropter quem  
templo perspicie dignum, divinis honoribus  
noueris adorandum, celebrandum uotis, sacrifici-  
cijs excolendum. Ad universalem ergo loquitur  
magister gentium ecclesiam. Ne scitis quod  
templum dei estis, et spiritus sanctus habitat  
in uobis. Nulli hoc possibile creature est,  
sed diuina misericordia insigne est, ut singu-  
larem per unum quemque populos implete, et non  
in plenitudini sua misericordiae permaneas,  
divina (inquit) singulare proprium naturae  
est. Locis omnibus presto esse, in ora intrare;  
omnia coetinere. Dei (inquit) peculiare est,  
filios perditionis naturae debet excusare,  
purgatis conscientiis innouare, Dei  
filios facere, ut in caelis  
regni gloria subli-  
mare.

FINIS.



KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION  
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

**END**

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part  
of this film may be reproduced without written permission  
from St. Louis University.

KP 22007